6
10-d
18

6
9 E
42

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

17
e
17-e-29

ORATIO CICERONIS

pro

T. Annio Milone,

ab

HORATIO

TVSCANELLA

examinata.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CVM PRIVILEGIO.



DVCIBVS HIS PROSPERA QVAEQVE.

VENETIIS,

APVD PETRVM DE FRANCISCIIS.

M D LXXVI.

17.B

H.1.

AVGVSTINO NANNIO, GEORGII F. PATRITIO VENETO NOBILISSIMO CLARISSIMOQVE.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

HORATIVS TVSCANELLA. S. D.

NIHIL *mihi vnquam fuit antiquius, quàm ſtudioſis fructum attuliſſe: propterea tot perſcripſi; quot ſtudioſorum oculus perſpicit; & ex labore ſtudiorum in inſanabilem morbum incidi: huic tamen labori quies nulla ſucceſſit; conſtitui enim priùs extremum ſpiritum effundere, quàm ſcribendi laborem intermittere. Cumq́; inter cætera ſtudenti neceſſaria ſit in orationibus Ciceronianis artificia internoſcere pro artis gradibus: iccirco ex tanto auctore celebriorem orationem delegi; adq́; ſuos gradus eam ipſam perduxi; & ad ſummum vſque ordinem ipſorum graduum ſum ſecutus. Quod ſcio perutile futurum omnibus optantibus per gradus artis iter habere. Verùm cum iam apud omnes penè mos inualuerit, ut præclaro cuipiam fructus ingenij conſecrentur; hic iſta: hic illa de cauſſa: hunc meum tibi laborem decreui ſtatim cōſecrandum: Ad quod me non pauca impulerunt: imprimis familia tua; quæ nobilitate, ac claritate quodlibet poteſt per obſcurum illuſtrare. Id per ſeipſum ſatis eſt notum; nam ex* NANNIA *familia tum clariſſimi, tum illu-*

ſtriſsimi ſemper uiri fluxerunt: nam eius ſplendor exteras apud nationes late patet. Tibi ſecundo loco auus honeſtiſsimus eſt; & fortunæ bonis adeò florens, ut cum pauciſsimis comparandus ſit: quibus utitur ſic, ut ex uſu illo, perpetuò aliquid cum uirtute coniunctum emanet: cuius nomen tu quidem refers. Adde GEORGIVM *patrem tuum, qui fuit Orator ſummus; ſcriptor politiſsimus; quiq́; in morali philoſophia, in naturali; cæteriſq́; eius generis extitit mirificus: in aſtrologicis; poeticis, & in reliquis artibus liberalibus inferior nemini. Quibus omnibus erat, qui ſummopere à cunctis amaretur: quibus pariter ego illum ſummo amore proſequebar. Præterea habes fratrem, Martium Procuratorem, quæ dignitas hac in ciuitate excelſo loco ſita eſt. Tu uerò tanta memoriæ felicitate polles, tantoq́; ingenij acumine: es tot moribus ſuauiſsimis ornatus: tot clares uirtutibus, ſed præſertim liberalitate, ut omnes obſtupeſcant. Quid, de ſtudio in ediſcendis litteris: omniq́; arte ingenua, ac ſcientia dicam? quod eſt ſingulare; quod eſt ſummum; quibus poſtea opem patriæ feras: patriæ inquam; quæ tibi eſt uel ipſa uita charior, atque iucundior: Quare apud uniuerſos tuos maximam tui ſpem concitaſti, ut conſilio, lingua, fortunis, manuq́; Sereniſsimæ Reipublicæ Venetæ ſis incredibiliter profuturus, immortaleq́; nomen breui cõſecuturus. Hunc ergo tu laborem meum accipe libenter; tibiq́; perſuadeas me in te amando, atque colendo nemini concedere. Vale.*

ORATIO CICERONIS PRO T. ANNIO MILONE, ab HORATIO TVSCANELLA EXAMINATA.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

IN Ciceronis orationibus explicandis; nihil fructuoſius, præſtantius nihil fore opinor, quàm artificium, & non artem aperire duntaxat: quod eſt factu difficile; niſi colligantur ſigillatim ſententiæ generales, & præcipuæ: affectus: topicorum loci: exornationes cum ſententiarum, tum uerborum; & ſtructuræ, & numeri: partes orationis: argumentationes: & horum omnium diſpoſitio. Quibus rebus operam hi dederunt, qui olim gymnaſijs in celeberrimis explicandorum onus auctorum ſuſtinuere. Noſtra uerò ętate Lazarus Bonamicus, Io. Baptiſta Egnatius, Carolus Sigonius, M. Antonius Muretus, omnes uiri doctiſsimi; ſed pręſertim Franciſcus Robortellus, nunquàm ſatis laudatus, qui nobis uiam penè digito commonſtrauit feliciſsimam; cęterisq. tutiorem: quàm (ni fallor) habere ullus ſtudioſus poſsit. Hanc in hac oratione ſector; & huiuſmodi inuentionem non parum per me auctam uelim. Multum utilitatis id allaturum ſpero: quòd ſi confuſio inſcitiam parit: contra, oportet ordinem parere doctrinam. Plenius humana corpora illi cognoſcunt, qui illa ipſa concidunt minutius; ſic melius orationes illi cognoſcunt, qui eas membratim conciderint; ut fecit Robortellus: utq. ego nunc facio.

IVDICIVM.
Orationis Milonianæ.

Hæc oratio ab — { Aſconio — prima / à Quinctiliano — pulcherrima & nobiliſsima. } appellatur.

GENVS
à quo hæc oratio continetur.

Hæc oratio continetur a genere iudiciali; quòd genus iudiciale contineat accuſationem, ſiue petitionem cum defenſione.

QVANDO
ſcripta

Poſt Milonis exilium, qui exulauit Maſſiliæ perpetuò, ſcripſit hanc Cicero orationē: defecit enim orando: poſtea oratiunculā leuidentem habuit.

ASSERTIO
accuſatoris.

Accuſator aſſerebat —— Milonem inſidias feciſſe Clodio.
Inſidiatū fuiſſe Clodium Miloni aduerſarij procul dubio dixere: iccirco hanc dimittamus quæſtionē; in noſtra profectò oratione id nō tractatur.

ASSERTIO
defenſoris

Aſſerebat defenſor —— Miloni feciſſe inſidias Clodium.
Cicero hoc contendit.
Sed quia fundamenta perſonarum, ſtudioſis lucem afferunt aptè diſpoſita; propterea ſic ea diſpoſui.

— in PERSONA

Clodij.	Milonis.
1 Inſolentia.	1 Iter neceſſarium.
2 Tyrannis.	2 Rheda cum Fauſta uxore uehebatur
3 Ambitio.	3 Impedimenta reliqua Milonis.
4 Odium in Milonem.	4 Clodij mors eripiebat Miloni Conſulatus ſpem.
5 Vis aliàs illata.	5 Locus aptior alibi,
6 Dictū Clodij nō uictutū triduū, aut quatriduū Milonem.	6 Tempus opportunius ſibi fuiſſet. &c.
7 Spes impunitatis, q̄ in alijs pleriſq. aſſecutus fuerat.	

8 Oppor-

8 Opportunitas loci.
9 Inuſitati comites. &c.

QVOT PERSONAE

ponderandæ.

Ponderanda eſt perſona { Accuſatoris — ad hanc pertinet — Amplificatio.
Defenſoris — ad hanc pertinet — Extenuatio.

QVAM

perſonam ſuſtineat hic Cicero.

Hic Cicero ſuſtinet utraſque perſonas; nam accuſat Clodium inſidias Miloni feciſſe: defendit uerò Milonem; & crimen reijcit in Clodium.

SCOPVS.

Pręcipuè defenſor eſt Cic. cumq. defenſor clementiæ ſibi ſcopum præfigat; huc direxiſſe orationis aciem, hancq. metam diuerberaſſe conſpicimus; ut in Peroratione patet.

INTENTIO.

Intentio Ciceronis eſt probandi { 1 P. Clodium inſidias feciſſe Miloni.
2 Necē Clodij Reip. utilitatē attuliſſe.

Occiſus eſt Clodius.

Erat inſidiator: aut non erat.

ſi erat; — iure.

ſi non erat; — iniuria.

SENTENTIA.

Sententia tota unico enthimemate complectitur.

Enthimema

Minor — Clodius inſidiator fuit — ergo

Cōclu. — Clodius iure occiſus eſt.

ſi uolumus, poſſumus reducere in ītegrum ſyllogiſmum hoc pacto —

Syllogiſmus.

Maior — oēs inſidiatores iure occiduntur

Minor — Clodius inſidiator fuit ergo

Concl. — Clodius iure occiſus ē.

Maior manifeſta ē, qa lege naturali, Vim ui repellere licet: ea pp ipſam nō probat; ſed obiter tāgit, & ornat p locū cōem.

Minor plurimis probatur argumentis; & ad ſtatum coniecturalem reducitur — Vter alteri inſidias fecerit.

STA-

STATVS.

Ergo ſtatus cauſſæ Iuridicialis eſt: ſiue Qualitatis — Quæritur. n. iure, an iniuria occiſus ſuit.

PARTES.

Partes huius orationis ſunt hæ hoc ordine diſpoſitæ: cuius ordinis ſuo loco ratio reddetur —

- Exordium.
- Confutatio.
- Narratio.
- Confirmatio.
- Peroratio.

AFFECTVS

Totius orationis — Est Amor — Amabat porrò Cic. Milonem mirificè; cuius beneficio patriam, fratrem, uxorem, filios; ſuos, ſuaq. omnia recuperauit.

Iſtius, illiusúe periodi, uel rei. — Plures eſſe poſſunt; qui ſuo loco à me conſcribentur; ut illuſtrius à ſtudioſo internoſcantur.

LOCI

Proprius — Inſidias fecit Clodius.

Communis. — Inſidiatores ſunt necandi.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Argumentum huius orationis conſumitur in

- **Cauſſam**
  - *Sed hæc cauſſa necis Clodij eſt altius repetenda: quod faciam paucis.*
  - *P. Clodius Pulcher amabat Pōpeiā, ſiue Calphurniam C. Iulij Cæſaris uxorē: cūq. Veſtales, ac matronæ in ædibus Cōſulis ſacra Bonæ Deæ facerēt, is Clodius (erat.n.cū adoleſcēs, tū imberbis) noctis, & muliebris ueſtis auxilio in illas penetrauit ædes: deprehenſus ab Aurelia matre Cæſaris, euaſit. Accuſatus paullò poſt; rogatu Terētiæ, quæ Ciceronē Clodiā Clodij ſororē ducturū extimeſcebat, Cicero in eū teſtimoniū dixit: tamē Interamnæ tūc fuiſſe à Clodio probatū eſt. Propterea Fonteio ſe dedit adoptandū; atq. Tribunatū adeptus, accuſauit Ciceronem indemnatos neci tradidiſſe: in exilium uoluntariū cōpulit: bonis ſpoliauit: ædes diruit. Milo aūt Plebis Tribunus in cauſſa fuit, ut eius ſumma gloria reuocaretur. Quare inter Clodiū, & Milonem odiū permixtū exarſit. Tandē à Milonianis eſt interfectus Clodius.*
- **Perſonam**
  - *Ex perſonis, aliæ*
    - *Propinquæ huius orationis cauſſæ.*
      - *Cicero. Milo. Clodius.*
        - *Ideò propinquæ, quòd Cic. & Milo magis propinquæ necis Clodij cauſſæ fuerunt.*
          - *Effectus uerò harum cauſſarum in Clodio terminauit.*
    - *Remotæ*
      - *Pompeia, uel Calphurnia uxor Cæſaris. Aurelia mater eiuſdem*
        - *Ideò remotæ; quòd magis necis Clodij cauſſæ remotæ.*
- **Locum**
  - *Multis modis conſideratur locus*
    - *Sacrorū*
      - *Aedes Conſulis in urbe.*
    - *à quo redibat Clodius*
      - *Aricia*
        - *Vulgò, Riecia.*
    - *Excuſationis Clodij.*
      - *Interamna*
        - *Italicè, Termole.*
    - *Quò Milo cōtēdebat*
      - *Lanuuiū*
        - *Hodie ciuitatem diuinā appellitāt; cui Columnij dominantur.*
    - *Necis Clodianæ.*
      - *Via Appia, apud Bouillas.*
        - *Nempe in uia Appia confoſſus eſt Clodius.*
- **Tempus**
  - *Neque ſimpliciter tempus perpenditur: at aliud fuit*
    - *Pollutorū ſacrorum.*
      - *Nox.*
    - *Exilij.*
      - *Decē mēſes.*
    - *Odij, & perſecutionis, & necis*
      - *Anni mūdi 3908. Olimp. 180. anno 4. Coss L. Piſo Cæſonianus, & A. Gabinius. Anni urbis 696. Eodem tempore Arioui ſtus à Cæſare uictus eſt.*
    - *Reuocationis.*
      - *Poſt decimum menſem.*
        - *Reditus*
          - *Quinctus dies Iulij.*
    - *Accuſationis.*
      - *Centeſimus & alter dies poſt Clodij necem.*

Incipit exordium — & ſi uereor Iudices &c.
Terminat ——— rem planè, quæ uenit in iudicium, uidere poſſitis.
Id cognoſcere imprimis non parum lucis affert ſtudioſo in præceptis partiũ ponderandis: cognita enim hac, illáue parte; poteſt ad præcepta huius, illiusúe partis in rhetoricis libris confugere; atq. ipſorum auxilio artificia deprehendere.

Diſpoſitio perſonarum.

Expedit inſuper non parum, diſpoſitionem perſonarum luſtrare; ex his nanque exordij fundamentum effoditur. Huius iudicij perſonę ſic diſponuntur ——— ——— ——— ———

Milites	Pompeius	Iudices
Ii, ex tota Italia delecti, in foro, inq. quolibet fori aditu armati ſtabãt.	Cui impoſitũ fuerat, curaret; nequid detrimenti Reſpublica pateretur, propter ſuſpicionem alicuius ſeditionis; ad ęrarium proximũ foro ſedebat, magna militũ manu ſtipatus	Ad hoc tantùm ſelecti, pro tribunali ſedebant. Inter quos L. Domitius Quęſitor erat.

Fundamentum exordij.

Alijs in iudicijs non uti ſolebant huiuſmodi militibus; non ducibus, non iudicibus eiuſmodi: ergo iudicium inuſitatum: ergo fundamentum exordij eſt ab inuſitato.

Exordij ſcopus.

Totum exordium in confirmationem iudicum incumbit.

Artificium.

Quomodo fiant exordia, hic non eſt docendum; nempe artificia præcipuè inueſtigamus. Non uolumina hæc rhetoricorum; at orationum ſunt: & oratio eſt artificium, quod efficitur ab artifice oratore. Sed in hoc exordio mirum cernitur artificium ſplendeſcere: in re ſcilicet inuſitata; exordium quoque inuſitatum. Quo ſit pacto inuſitatum, iudicent hanc, qui callent artem.

Affectus.

Affectus — Timor — quem apertè fatetur, & exordium præ ſe fert.

Locus Topicus.

Locus Topicus ——— Cauſſa ——— Noui iudicij noua forma.

Figuræ ſententiarum.

Figuræ ſententiarum ——— Hypothypoſis ——— formam quippe conſeſſus, &

& militum tam uenuſtè exprimit uerbis Cicero; ut ſub oculos ſubiectionem faciat.

Figuræ uerborum.

Figuræ uerborum — Metaphorę — { inciderint. corona. cinctus. ſtipati. ſepti.

Figuræ ſtructuræ.

Figuræ ſtructuræ {
Alliteratio { Corona / Conſeſſus } utraque dictio incipit à, C: & eſt cappaciſmus.
Annominatio ſyllabica cũ interuallo } MOrem iudiciorum MInime — = MO — MI.
Gradus — { 1 Foro — 2 Iudicio / 1 ſalutaribus — 2 neceſſarijs.
Antitheton — { noua. / ueterem.
Conſecutio — — { Timere. / Timore.
}

His de figuris neque in hac; neque in alia agam oratione ob rationem à me in meo libello de ratione ſtudendi allatam.

Argumentum à

„ Quæ ſi oppoſita Miloni putarem &c.

uſque ad

„ Vnum genus eſt aduerſum &c.

Pompeium ad ærarium ſedentem, & armis ſtipatum; milites pro templis diſpoſitos, præſidium denunciare ait: multitudinem atque fauere Miloni; & de ſuis rebus omnibus decertari putare.

Pars hæc, quid ſit.

Hæc tota pars inuerſio eſt; nam cum ſtudeat pro uiribus iudices confirmatos habere; aduerſarijq. diſſeminaſſent arma illa oppoſita Miloni eſſe; quod timorem inferret: timorem ad confirmationem inuertit.

Quid inuerſio ſit, Rhetorica edocet facultas. Verum quomodo eliciatur uidendum eſt.

Inuerſio quomodo eliciatur.

Arma timorem incutiunt, —— I —— Arma animos confirmant,

ſi — ſi

ad noſtram parata perniciem — — ad noſtrã defenſionẽ diſpoſita

Verum —

Sint ad defenſionem Milonis diſpoſita: an ad perniciem.

Probatur, quòd ad defenſionem: Pompeius enim eſt ſapiens, & iuſtus; & multitudo, concitata: repugnaret ſapientiæ, & iuſtitiæ Pompeij, temeritatem concitatæ multitudinis auctoritate publica armare.

	Affectus.		
Huius partis affectus eſt		Fidentia:	fidit armis ſic diſpoſitis.
	Locus Topicus, uſque ,, Quamobrem illa arma &c.		
Locus Topicus	A repugnantibus		Sapiens eſt Pompeius, at inſipientis eſſet, cōcitare multitudinis temeritatem.
	Figuræ ſententiarum.		
Figurę ſententiarum eſt	Prolepſis		Occupat nimirū, q̄ ſibi iudices obijcere poſſent — Hæc arma in pniciē Milonis ſunt parata: immo in defenſionem diſpoſita.
	Figuræ uerborum.		
Figura uerborum eſt	Metaphora		{ Reficit. Recreat.
	Figuræ ſtructuræ.		
Figuræ ſtructuræ	Gradus	1.Recreat. 1.Sapiētiſſimi. 1.Iuſtitiæ. 1.Sententijs.	2.Reficit. 2.Iuſtiſſimi. 2.Sapientiæ. 2.Telis.
	Incrementum.		

Per incrementum oſtendit Pompeium nō diſpoſuiſſe armatos in perniciem Milonis pro templis: quod repugnaſſet ſapientiæ illius: pugnantia ſanè recipiunt incrementum in his uerbis

,, temeritatem concitatæ multitudinis auctoritate publica armare.

nempe ſapientia temeritatem extinguit; ſtudioſius, concitatam; quia, ſi per ſe nocet, magis nocet concitata: ſed multitudinis uehementius; quia

Scinditur incertum ſtudia in contraria uulgus.

Præterea temeritati his aſſociatę rebus auctoritatem dare imprudentis, uel potius dementis eſſet: prorſus inſani, publicam.

,, Quamobrem illa arma &c.

Silentium, qui orat, optat. Id tria per genera perſonarum exprimitur.

per

Pompeium	Milites	Ciues
In quo ineſt ſapiētia, & iuſtitia: ſui ergo muneris erat curare, ut audirēt orantē iudices; indeq. iuſtum iudicium ferrent.	Cēturiones, & cohortes aſtabāt, ut nō ſolū q̄eto; ſed magno etiā aīo iudices eſſent.	Hi ſilebāt, exitū iudicij expectātes, fauētesq. Miloni.

Hinc elici poteſt huius periodi locus Topicus — à ſubiectis - { Pompeius, Milites, Ciues.

Figuræ ſententiarum.

Aſſeueratio — Tota enim hæc Ciceronis probatio, eſt in aſſeueratione, & perſeuerantia.

Figuræ uerborum.

Metaphora — — — — — — — Decertari.

Figuræ ſtructuræ

Gradus		1 periculum — 2 præſidium. 1 quieto — 2 magno. 1 auxilium — 2 ſilentium.	
Conſecutio	armare. arma.		
Similiter deſinens cum interuallo.		ut magno animo ſimus hortantur, uerum etiam ſilentium pollicentur.	
Iſocolon		neque auxilium modo defenſioni meæ; uerum etiam ſilentium pollicentur.	

Amplificatio expectationis ciuium.

Amplificat expectationem ciuium per partitionem, cum dicit:
„ De ſe, de liberis ſuis, de patria, de fortunis
„ hodierno die decertari putat.
Tota porrò fuiſſet, ſi dixiſſet — de ſuis rebus omnibus.

„ Vnum genus eſt &c.

Quid efficiat in hac periodo.

Captat beneuolentiam à perſonis aduerſariorum, ponendo eos in odium. Sed cum in odium aduerſarios rapimus ſiquid eorum ſpurce, ſuperbe, perfidioſe, crudeliter, confidenter, malitioſe, flagitioſe factum proferemus: ſciendum eſt illos ipſos in odium rapere, proferendo facta ſuperbe, crudeliter, confidenter, & flagitioſe; ſcilicet — „ rapinis, & incendijs, & omnibus exitijs publicis pauit.

Nomen huius periodi.

Huius periodi nomen, captatio beneuolentiæ eſt.

Affectus.

Odium eſt: ſummo enim ab odio hæc erumpunt.

A ſubiectis — — — — — — { P. Clodius. Clodiani.

Figuræ ſententiarum.

Icon — nam imaginem Clodianorum exprimit, cum furore percitos Clodiano, rapinis oneratos, incendijs æſtuantes, exitijs publicis paſtos eos oſtendat.

Figuræ ſtructuræ.

Annominatio — { PVblicis PAuit } { Pu. Pa.

Alliteratio — — — { Forte Fuerit } à littera. F. ambo incipiunt.

Traductio — — { Clamor Clamores

„ P. Clodij furor.

Furioſus nãque Clodius fuerat, quòd { ardentes faces in uicinorum tecta iactarat, lapidibus optimos uiros foro extruſerat, ſacras ædes exuſſerat.

„ Rapinis

Huiuſmodi colligũtur rapinæ ex orõnibus { De reſponſis aruſpicum, pro P. Sextio, pro domo ſua, pro Conſularibus prouincijs, pro reditu.

In illis quidem legitur

quòd { Macedoniam, & Syriam uendiderat, Partem ærarij ſuſtulerat. Regnum Cypri publicarat. Et prædia ruſtica Ciceronis &c.

„ Quamobrem adeſte animis Iudices.

Quid agat in hac periodo.

Iudices adhortatur, ut re, & ſententijs declarent fortes, & bonos uiros poſſe aliquando à perditiſſimis ciuibus liberari, & recreari.

Nomen periodi.

Adhortatio:

„ ampliſſimorum ordinum,

ideſt Senatorij, & equeſtris.

Affectus

Indignatio

Locus Topicus

A cauſſa — — — { Fortitudo Bonitas Merita } ciuium

Figuræ

Figuræ ſententiarum.

Apoſtrophe ——— Quamobrem adeſte animis iudices,&c.
Emphaſis ——— ſtatuatis &c.
Pathopia ————— Quid enim nobis duobus iudices laborioſius.

Figuræ ſtructuræ

Iſocolon — { 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 Quamobrem adeſte animis iudices. 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 Et timorem,ſi quem habetis,deponite. } penè paria membra.

Traductio — { Bonis ——— bonos. Fortibus ——— fortes. }

Conſecutio —— { Iudices. iudicandi. }

Repetitio ————— { Si unquam de bonis & fortibus uiris: Si unquam de benemeritis ciuibus &c. Si denique unquam locus &c. }

Alia repetitio, ſciſcitationi adiuncta. — { Quid enim nobis duobus iudices laborioſius? Quid magis ſolicitum. }

Similiter cadens — { Quid magis ſolicitum; Magis exercitum. }

Gradus ————— {
1 fortes ——— 2 bonos
1 uultu ——— 2 uerbis
1 re ——— 2 ſententijs
1 ſolicitum ——— 2 exercitum
1 dici ——— 2 fingi
1 ſpe ——— 2 metu
1 præmiorum ——— 2 exitiorum }

„ Et quidem cæteras tempeſtates.

Oſtendit Milonis inimicos quærere non ſalutem modo illius per uiros ampliſſimos extinguere; ſed etiam gloriam infringere.

Sic ponit in odium aduerſarios: nā ſi iniquum eſt oppugnare innocentem; iniquius per uiros ampliſſimos: at Clodiani oppugnabant Milonem innocentem per uiros ampliſſimos: Ergo &c.

Ampliſſimi uiri amant, & exercent æquitatem, & integritatem: ideo ſi quis uult eis uti ad iniqua & corrupta iudicia; non poſſunt non huiuſmodi homines odiſſe.

Affectus.

Idem cum ſuperiori.

Locus Topicus.

A cauſſa: — Affert cauſſam quare miretur aduerſarios tantopere audere, ut iudicantibus uiris ampliſſimis, Miloni periculum creent.

Figuræ ſententiarum.

Aporia ——— Hic ineſt dubitatio quædam, & ambiguitas.

Figuræ uerborum.

Allegoria – Habet tamē aliquid cōmiſtionis: quod perſpicitur ex ijs uerbis.
„ Et quidem cæteras tempeſtates, & procellas : in illis dunta
„ xat fluctibus concionum — quæ ſequuntur in littera
commiſtionem efficiunt.

Metaphoræ – { Extinguendam.
Infringendam.

Figuræ ſtructuræ.

Antitheton ——— Bonis — improbos.

Similiter cadens { Ad eius non ſalutem modo extinguendam.
Sed etiam gloriam per tales uiros infringendam.

„ Quanquam in hac cauſſa Iudices &c.

Pollicetur ſe probaturum inſidias Miloni eſſe factas.

Facit hac in periodo attentos iudices : ſed non diſcedit à præceptis inſinuationis: Vtimur ſanè inſinuatione, uel quando cauſſa turpis eſt : uel quando auditor perſuaſus eſt: uel quando eſt defeſſus auditor: Hic per ſuaſus eſt. Tunc ordimur ab eo, quod nuperrime dixerit aduerſarius: aut ab eo, quod firmiſſimum adiumentum putarit. Hic ab his, quæ firmiſſima adiumenta putarant aduerſarij; ab inſidijs ſcilicet.

Argumentatio.

Vtitur argumentatione hypothetica : Hoc littera edocet.
„ Niſi oculis uideritis inſidias Miloni à Clodio factas &c.
„ Sed ſi il ius inſidiæ clariores hac luce fuerint &c.

Affectus

Idem — — — —

Locus Topicus.

Ab effectis — rebus omnibus pro ſalute R. P. geſtis &c.

Figuræ ſententiarum.

Permiſſio — — — — — non abutemur — niſi &c.
nec deprecaturi ſumus &c.
nec poſtulaturi &c.

Figuræ uerborum.

Metaphora — condonetis.

Figuræ ſtructuræ.

Repetitio — { N E C deprecaturi &c.
N E C poſtulaturi &c.

Similiter

Similiter deſinens ——— { vt crimen hoc nobis, multa propter præclara in Remp. merita condonetis: quàm populi Ro. felicitati aſſignetis.

„ Sed ſi illius inſidiæ clariores &c.
Arg. uſque ad — Negant intueri lucem &c.

Affert capita defenſionis: ſed præcipua, tria ſunt:
1 Vim ui repellere licere:
2 Miloni inſidias feciſſe Clodium:
3 Præclara extare merita Milonis; quibus impunitatem conſequendi dignum eſſe contendit: & mortem Clodij Populo Romano ſalutem attuliſſe ait. Quæ omnia tertij huius capitis, Deprecatione complectitur.

„ Sed ſi illius inſidiæ &c.
Reliquum hypotheticæ argumentationis hæc periodus continet.

Affectus.

Cuius affectus eſt idem.

Locus Topicus.

Locus uerò Topicus, à Pronuntiatis — Legem enim habemus, quòd uim ui repellere licet: hanc tangit; & licet oratio alia uideatur; ſententia tamen eſt eadem. Legem prętereà à pronuntiatis complecti quis ignorat?

Figuræ ſententiarum.

Antitheſis ——— Superius quidem dixerat:
„ nec deprecaturi ſumus &c.
„ nec poſtulaturi &c.
Hic autem dicit:
„ Sed ſi illius inſidiæ clariores hac luce fuerint, tum deni-
„ que obſecrabo, obteſtaborq. &c.
ſic antitheſis internoſcitur.

Figuræ ſtructuræ.

Gradus ——— { 1 obſecrabo — 2 obteſtabor.
1 audacia — 2 telis.

„ Sed antequam ad eam orationem &c.
Hac in periodo pollicetur, ſe prius iactata ab inimicis, & improbis in Senatu; & ab accuſatoribus in concione confutaturum; antequam ad eam orationem ueniat; quæ eſt propria ſuæ quęſtionis.
Inſuper artificioſè adimit aduerſarijs fidem; cum ſtatim inurat notam perſonis, quæ Milonem exagitarant, alijs odij; alijs inuidiæ, & ambitionis; iniquitatis alijs: quæ ex illis uerbis colliguntur:

„ ſæpe ab inimicis —— inimici inimicos odio proſequuntur.
„ ab improbis ——— inuidia,& ambitione improbi æſtuant.
„ ab accuſatoribus —— hi iniquam afferunt accuſationem aduerſus Milonem.

Ad illud redeo, quòd aduerſarios uocat { accuſatores / improbos / inimicos } & quis fidem huiuſmodi hominibus præſtaret?

Locus Topicus.

A pronuntiatis —— uarios ſermones inimici Milonis diſſiparant, ut peſſimè audiret, contextus id edocet.

Figuræ ſententiarum.

Propoſitio; nimirũ proponit, quæ dicturus ſit; & quo etiã ordine ſit dicturus. ——— { Si quis dubitaret propoſitionẽ habere locũ inter ſententiarũ figuras; legat opuſculum Franciſci Robortelli uerè aureũ, quod de artificio dicendi inſcribitur; & ſic omnis dubitatio abierit.

Figuræ ſtructuræ.

Gradus ——— { 1 Senatu ——— 2 Concione. / 1 Inimicis ——— 2 Improbis.

„ Negant intueri lucem &c.

Argumentum.

Tribus (ut ita dicam) tormentis militatibus Milonis cauſſam diuerberarũt:

1 Quorum alterum caput illius oppugnabat, uel potius petebat, qui fatebatur morte quempiam affeciſſe.

2 Alterum, iam iudicium factum eſſe uolebat de Milone; cum Senatus contra Remp. Clodij homicidium factum eſſe iudicaſſet.

3 Tertium, Pompeium tuliſſe legem, ut de cæde Clodij quæreretur; quæ impunitatem aſſequi homicidam prorſus uetabat.

Hæc aduerſariorum fundamenta.

Confutat primum.

Cur incipiat à confutatione.

Diſpoſitio orationis hæc eſt: ut prius ſit exordium: deinde narratio: deinceps Diuiſio; Confutatio, Confirmatio; poſtremùm, peroratio. Hac tamen in oratione, ſtatim poſt exordium, ſequitur Confutatio: ergo facit contra leges diſpoſitionis. Reſpondetur, non facere contra diſpoſitionis leges; quòd præcepta diſpoſitionis ſunt perpetua; ſed circumſtantijs ſæpenumero mutantur. Cauſſa turpis erat; & iudices erant perſuaſi: igitur ratione cauſſæ; & ratione pſonę, diſpoſitio immutari prorſus debebat.

„ Negant

„ Negant intueri lucem fas eſſe.

Ex his colligitur pęna huiuſmodi hominum. Tamen oritur quæſtio hanc ob ſententiam; nam ex ea capitalis elicitur pęna; uerùm ſecundum Marcellum iuriſconſultum, ij exilio mulctabantur. Secundum autem legem Corneliam de ſiccarijs; in inſulam deportabantur; & ſibi bona adimebātur: quomodo ergo capitalem his pęnam aſſignat? Iure antiquo: quod iubebat indemnati interfectorem interfici.

„ M. Horatij fortiſſimi &c.

Exemplis probat liberatos eſſe plures interfectores; qui homicidia confeſſi ſunt; & incipit ab Horatio: quod eſt argumentum à maiore ad minus: maius namque eſt fateri interfeciſſe ſororem; quàm alium, ſibi nulla ſanguinis affinitate coniunctum. Id factum eſſe ab Horatio conſtat. Quis autem iſte Horatius fuerit, & quare ſcelus hoc admiſerit; T. Liuius Patauinus (ut cęteros omittam) cumulatè ſcribit paullo poſt primæ Decad. principium.

„ Nondum libera ciuitate.

Quia tunc Tullus Hoſtilius Romam regebat: & regem, tyrannum cenſebant Romani.

Locus Topicus.

A comparatis — Maius enim erat fateri ſe interfeciſſe ſororem.

Figurę ſententiarum.

Subiectio — in qua tandem &c. — proponit, & ſubijcit rationem.

Figuræ uerborum.

Metonimia — ideſt continens pro contento — qui nondum libera ciuitate &c.

Figuræ ſtructuræ.

Continuatio — Fateatur — fateretur.

Iſocolon —— { Tamen populi Romani comitijs liberatus eſt — 17
{ Cum ſua manu ſororem interfectam eſſe fateretur — 18

„ Niſi uerò exiſtimatis dementem P. Africanum fuiſſe &c.

P. Scipio Africanus minor, cum à Numantia expugnata redijſſet; à Cn. Papyrio Carbone Trib. Plebis, uiro admodum ſeditioſo interrogatus, quid de Gracchi nece ſentiret; reſpondit: iure fuiſſe peremptum. Et ſecus accidit ac putarat Carbo, quòd cum Sempronam Gracchi ſororem Africanus uxorem duxiſſet; ſperabat illum deſyderio ultionis æſtuare.

„ Quid de Tib. Gracchi morte ſentiret &c.

Tib. Gracchus, quòd nimium Plebi ſatisfacere cuperet, in ſuſpicionē exoptati regni uenit; exq. ea eum Vrbis principes morte mulctarunt. Quod pluribus à Plutarcho in Gracchorum uita agitur.

„ Neque enim poſſet aut Hala
ille Seruilius &c.

Hala Seruilius qui Magiſter fuit equitum L. Quinctij Dictatoris; Sp. Meliū, quòd ad Dictatorem uenire recuſaſſet, perfodit. Is Sp. Melius, cum tam cara eſſet annona, ut plurimi fame compulſi in Tyberim ſe præcipitarēt, multum frumenti in Etruria coemit, & Plebi largitus eſt: qua largitione tanto illum Plebs amore proſequebatur, regnum ut exinde ſperaret.

„ Aut P. Naſica.

P. Scipio Naſica interfecit Tyberium Gracchum ann. mundi. 3833. Olimp. 162. vrbis. 621. Coss. C. Mario Sceuola, & L. Calphurnio Piſone. Quo anno Scipio de Numantijs triumphauit; nam anno ſuperiore Numantiam obſidione captam, deleuerat. Sed cum Tyberius Gracchus legem de diuidendis agris tuliſſet; ſeditione oborta, in Capitolio occiſus fuit. Val. Max. lib. 3. cap. 2. & hic Tyb. Gracchus primus fuit, qui apud Romanos tumultu inteſtino interijt. Præterea hoc anno, Zenon Phyladelphiæ tyrannus fit. Et circa hæc tempora exortæ ſunt tres ſectæ apud Iudæos: Phariſeorum altera: altera Eſſenorum: Saduceorum tertia. Euolue Ioſeph lib. 13. cap. 8. Item de bello Iudaico lib. 2. cap. 7. De Naſica uide plura apud Liuium.

„ Aut L. Opimius.

Opimius C. Gracchum defodit; quia Tribunitiam poteſtatem ui continuare uolebat. Hoc accidit ann. mundi. 3845: Vrbis. 633: Olimp. 165: Coss. L. Opimio, & Q. Fabio Maximo; quo tempore aduerſus Allobroges feliciter pugnatum eſt: & Bituitus Auernorum Rex à Q. Fabio Cons. uictus eſt: Eutrop. lib. 3. Hoc etiam anno, uina in Italia, tanta expreſſa ſunt, ut ducentis ferè annis durauerint, teſte Plin. lib. 14. cap. 4. & 14. Inſuper Antiochus Griphus factus eſt Rex Syriæ: quod teſtatur Io: Naucl. vol. 1.

„ Aut C. Marius.

Hic Conſul interemit Lucium Saturninum Trib. Plebis.

„ Me Conſule &c.

Cicero de coniuratis ſupplicium ſumpſit. Lege Salluſt. in bello Catilinario. Coniuratio Catilinæ & nata, & extincta eſt ann. mundi. 3903. anno. 3. Olympiadis. 179: & Vrbis. 691. Coss. M. Tullio Cicerone; & M. Antonio; quo tempore Ioakin, qui & Elih pater MARIAE uirginis natus

eſt ex Mathan. B. Hieronym. Herodes quoque Arſaces. IX. Parthorũ, occiſo à ſe Mitridate fratre; cum Pacoro filio regnare cępit. Plut. Ioſeph. Eutrop. Oroſ. Flor. & Iuſtin. Poſtremùm Hieroſolyma à Pompeo capta fuit. Hircanus ſacerdotio iterum præfectus. Iudæi Romanis primum ſubiecti. Ioſeph. lib. 14. & Plut. in Pomp.

„ An eſt quiſquam &c.
Locus Topicus.

A pronunciatis.

Figuræ ſententiarum.

Apophaſis —— An eſt quiſquam, qui hoc ignoret? cum de homine &c.

Figurę ſtructuræ.

Iſocola —— { An eſt quiſquam —— —— 4.
qui hoc ignoret —— —— 5.

{ Aut negari ſolere omnino eſſe factum —— 14.
Aut recte ac iure factum eſſe defendi —— 15.

„ Niſi uero exiſtimatis
Locus Topicus.

A pronunciatis —— —— —— reſponſio P. Africani.

Figuræ ſententiarum.

Ironia —— Niſi uero exiſtimatis dementem P. Africanum.

„ Neque enim poſſet &c.
Locus Topicus.

Ab effectis.

Figurę ſententiarum.

Etiologia —— ——

Figuræ ſtructuræ.

Repetitio —— Aut Hala ille Seruilius:
Aut P. Naſica:
Aut C. Marius:
Aut me Conſule &c. —— Aut ſępius repetitur.

Conſecutio —— —— —— —— { Nefarius,
Nefas.

„ Itaque hoc Iud.

Confutat ab exemplo, ut hucuſque fecit.

Non eſt ſilentio prætereundum, exempla eſſe collocanda, ſecundum temporis ordinem; ſic, ut tempore priora, prius collocentur; & poſteriora, poſterius: quod in horum exemplorum uſu clarè patet. Vide numeros ſupra exemplis affixos.

Præterea,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Præterea, alijs exemplis oratores utuntur cum rerum geſtarum narratione integra: alijs, cum narrationis parte: alijs, nulla cum narratione. Cum narratione integra, ſi tota iuuant: cum narrationis parte, ſi pars: cum narratione nulla; ſi tota afferunt uel odium; uel inuidiam; uel aliquid aliud huiuſmodi. Superioribus in exemplis hæc omnia conſiderauit Cicero: ſed præſertim in exemplis Halæ Seruilij, P. Naſicæ, L. Opimij, C. Marij, & ſui Conſulatus: in quibus ad declinandam inuidiam, adq. odiũ ſubterfugiendum, rerum geſtarum commemorationem præterijt: tota nanque cum odio, tum inuidia æſtuabat.

„ Non ſine cauſſa fictis fabulis.

Oreſtem ſignificat. Fabula enim hoc pacto narratur. Quòd Agamemnon Græcorum Imperator Troiãm profecturus, Aegiſtho Clitemneſtram uxorem, regnumq. commendauit: uerùm Aegiſthus cum Clitemneſtra adulterium commiſit, & in reditu Agamemnonis, illum uita exuit. At Oreſtes ſeptimo anno poſt cædem, ut patrem ulciſceretur; matri Clitemneſtræ, ac Aegiſtho adultero, mortem attulit: ad quod facinus patrandum oraculum diuinum, eum perhibetur impuliſſe. Illud Deos comprobaſſe ſatis conſtat; quum uixerit Oreſtes annos. 90: & . 70. regnarit. Ab Euripide factam tragędiam de Oreſte teſtatur Tullius libro Tuſculanarum. 4. ex qua hoc uidetur deſumptum exemplum.

Mirantur nonnulli Ciceronem hoc fuiſſe uſum exemplo, fabuloſo ſcilicet in cauſſa, in qua pęna ſanguinis ingeritur: Alij & locum huius exempli mirantur; quum penè occupet extremum; ubi collocantur firmiora. Deſinant quæſo mirari omnes; quoniam ſi exempla Deos, Deasúe complectũtur; licet fabuloſa ſint; tamen maximi ponderis ſunt; & propter diuinitatem, humana quælibet exempla antecedunt. Auderet enim nemo tanto exemplo refragari. Rectè ergo Cicero; quinimo artificiosè uſus eſt.

„ Itaque hoc Iud.

Locus Topicus.

A pronuntiatis — quia auctoritas eſt Euripidis: ſiue locus ſumptus ab Euripide.

Figuræ ſententiarum.

Emendatio —— Emendat enim dubitationem fabula.

„ Quòd ſi duodecim tabulæ &c.

Locus Topicus.

A pronuntiatis —— pronunciata ſanè leges continent.

Figuræ ſententiæ.

Collectio — nam colligit ex duodecim tabulis, lege porrigi gladium ad occidendum.

Figuræ uerborum.

Metaphora ——— Ab ipſis porrigi legibus.

Figuræ ſtructuræ.

Antitheton ——— { Nocturnum. Diurnum.

At qui ſi tempus eſt &c.

Locus Topicus.

A tempore ——— { Probat enim non modo iuſtum, ſed neceſſarium tempus eſſe iure hominis necandi; quum ui nis illata defenditur.

Figuræ ſententiarum.

Diallage — Hæc à Celſo appellatur conſumatio: à Rutilio uero Græcè, Diallage. Fit autem quotieſcunque plura argumenta ad unum effectum deducuntur: ſed plura argumenta à Cic. fuere deducta, & deducuntur ad probandum, quòd uim ui repellere liceat: ergò iure Diallage à me uocatur. Quòd deduxerit, & deducat plura argumenta ad hoc probandum; ex littera ueritas enaſcitur, atque probatio.

Figuræ ſtructuræ.

Similiter cadens — { certè illud eſt non modo iuſtũ, uerumetiam neceſſarium. } In fine utriuſq; clauſulæ rectus eſt.

» Pudicitiam cum eriperet militi &c.

Locus Topicus,

Ab exéplo — Affert exemplum Plocij. Caius enim Plocius adoleſcens, & manipularius interfecit Cluſium Tribunum militarem, in caſtris C. Marij Imperatoris, & filium ſororis ipſius Marij, quòd ſibi ſtuprum inferre uolebat. Prætore Mario cauſſa Plocij acta eſt; & à C. Mario pronunciatum eſt, Cluſium iure interfectum fuiſſe; & illud facinus mirificè ab eodem collaudatum legimus.

Hoc exemplum etiam legitur apud Val. Max. lib. 6. exemplo penultimo de Pudicitia, antequam tranſeat ad externa: Cũ hac tamen differentia, quòd Valerius legit, Cœlium Plociũ, & non C. Plocium.

Legitur quoque apud Plutarchum; uerùm ille uocauit nepotẽ Marij C. Lucium: & adoleſcentem, Treboniũ appellauit.

Extat huius adoleſcentis exclamatio apud Quinctilianum: Verumtamen Declamationes Quinctiliani operibus inſertæ, iu-

nioris

nioris Poſthumi feruntur. Id teſtatur Trebell. Poſthumius eius pater fuit, quem milites in Gallia Imperatorem appellarunt, ann. mundi. 4222. : Vrbis. 1010 : Chriſti. 260 : quo anno in Pannonijs Ingenuus Imperator dictus eſt. Vide Ioánnem Nauclerum vol. 2. Cronographiæ, gen. IX. Eodem anno, Paullus eremum primus colere cœpit: unde Monachatus originem duxit. Hieron. in uita Paulli. Poſthumus uerò declamator, cum Poſthumio patre Imperatore, inſidijs Lolliani apud Gallos interfectus eſt: ann. mundi. 4229: Vrbis, 1017: Olympia. 261: & Chriſti. 267. Quo anno, Odenatus totius Orientis Imperator, à Gallieno in regni conſortium aſſumptus, Auguſtusq. dictus. Sed Mæonius eius conſobrinus, ipſum Odenatum, ac ipſius filium Herodem occidit. At Zenobia Odenati uxor; & Herennianus, & Timolaus filij, Orientis regnum obtinuêre.

Figuræ ſententiarum.

Epiphonema —— Facere enim probus adoleſcens periculoſè, quàm perpeti turpiter maluit. &c.

„ Periculoſè.

Dixit periculoſè, quia erat filius ſororis C. Marij interfectus Tribunus;
quia indemnatus:
quia Tribunus.

Figuræ ſtructuræ.

Conſecutio —— { Facere enim probus adoleſcens PERICVLOSE';
Atque hunc ille uir ſummus ſcelere ſolutum
PERICVLO liberauit. }

„ Quid comitatus noſtri?

Locus Topicus.

A Deſtinatis — Comitatus, & gladij ſunt deſtinata defenſionis. Sed quoniam deſtinata in certum finem aliquem ordinantur; fruſtraretur finis comitatus, & gladiorum, ſi defenſio à legibus uetaretur.

Figuræ ſententiarum.

Interrogatio —— Quid comitatus noſtri? &c.

Figuræ ſtructuræ.

Repetitio —— QVID comitatus noſtri?
QVID gladij uolunt?

Anaſtrophe

Anaſtrophe ſiue Conuerſio. —— quos habere certè non LICERET, ſi uti illis nullo pacto LICERET.

„ Eſt. n. hæc Iudices non ſcripta, ſed nata lex. &c.

Locus Topicus

A pronuntiatis —— Sed nata lex &c.

Figuræ ſententiarum.

Aſſeueratio —— —— Periodus tota id oſtendit.

Figuræ uerborum.

Metaphora —— Silent enim leges inter arma — Interpretes hanc uocant audacem metaphoram. Inſuper hic cognoſcitur Etiologia.

Figuræ ſtructuræ.

Gradus ſiue paria paribus —— didicimus, accepimus, legimus —— 3.
arripuimus, hauſimus, expreſſimus. —— 3.

Similiter deſinens —— didicimus, accepimus, legiMVS.
arripuimus, hauſimus, expreſſiMVS.

Antitheta —— antè iniuſta pœna &c. —— INIVSTA.
quàm iuſta &c. —— IVSTA.

Continuatio —— Expectari
expectare.

„ Eſt enim hæc iudices non ſcripta, ſed nata lex.

Ius non ſcriptum, æquitas eſt, lex immutabilis — Ius ſanè ciuile diuiditur in ſcriptum, & non ſcriptum — Ius autem non ſcriptum eſt, quod uſus comprobauit, & legis habet uigorem — Lege Inſtitut. Iuſtinian. lib. i. tit. ij. §. ex non ſcripto ——.

„ Etſi perſapienter &c.

Arg.

Legem perpaucis interpretatur: & fundamentum defenſionis conſtituit.

Locus Topicus.

Ab actis —— { Tacitè dat &c.
vetat &c.

Figuræ ſententiarum.

Antirriſis —— fit cum dicimus contra ſententiam alicuius: conuenit refellenti. Sed hic contra ſententiam aduerſariorum dicit Cic.

eamq. refellit, ergo &c. Non me latet à uiris doctiſſimis fuiſſe reiectam; ſed quòd recipit illam Robortellus in l. b. de artificio dicendi; ego quoque illam recipio. Turpe. n. eſſet in re tam bonæ frugis diſcipulum, à præceptore diſſentire.

Figuræ uerborum.

Correctio — Et ſi perſapienter &c. quòd ſit figura uerborum correctio, probatur 4. Rhet. ad Heren.

Figuræ ſtructuræ.

LVM &c.

Traductio bis { cũ TELO non TELVM TELO eſſet uſus habuiſſe TE- / occidẽdi CAVSSA cũ CAVSSA defendẽdi CAVSSA. }

Idem uerbum ſæpius repetitum ſine ſatietate.

Similiter deſinens cum interuallo { Non telum quęreretur, / Non hominis occidendi cauſſa habuiſſe telum iudicaretur. }

Cum interuallo appello; cum non ſtatim clauſulæ ſequantur habentes exornationes obſeruatas; ſed aliæ clauſulæ interponantur, ut hic.

Obſeruatio.

Obſeruatur apud Cic. in legis interpretatione hæc diſpoſitio; ſiue hic ordo:

Primùm, lex ponitur:

Deinde, exempla; quæ à iuriſperitis uocantur caſus.

Deinceps, laudatur lex poſita.

Poſtremùm, interpretatur.

„ Ipſa lex poteſtatem defendendi. &c.

Lex hæc, eſt lex Cornelia de Siccarijs.

„ Cum telo hominis occidendi cauſſa uetat.

Quòd intentio iudicet omnes — probatur. Si alterius uxorem concupieris; iam mechatus es.

Dicit VETAT – quia uirtus legis { iubet / uetat / permittit / punit. } { quę uetat plurimũ habet uirtutis.

„ Qua propter hoc maneat &c.

Concluſio generalis primi fundamenti aduerſariorum confutati.

Locus

A pronuntiatis.

Figuræ ſententiarum.

Admonitio —— Quapropter hoc maneat in cauſſa iudices; admonet enim iudices, ut concluſionem hanc conſeruent tantiſper, do nec opus fuerit.

Figuræ uerborum.

Metaphora —— Quapropter hoc maneat in cauſſa —— Maneat, quippe metaphora eſt.

Figuræ ſtructuræ

Antithetōn —— Memineritis —— Obliuiſci.
Conſecutio —— Defenſionem —— quæ reſpondet uerbo ſuperius poſito; Defendendi.

Obſeruatio.

Artis eſt in fine collocare concluſionem probatam, ut inhæreat firmius memoriæ: firmius nanque, quod poſtremum eſt, memoriæ inhæret icirco hic locauit hęc uerba, antequam ad ſecundum aduerſariorum fundamentum perueniret: locauit, inquam, INSIDIATOREM IVRE INTERFICI POSSE.

„ Sequitur illud, quòd à Milonis &c.

Oppugnat ſecundum aduerſariorum fundamentum: Dicębant aduerſarij; Cędem, qua P. Clodius occiſus eſt, Senatum iudicaſſe contra Rep. eſſe factam.

Quod eſſe falſum pluribus modis comprobat: imprimis uerò ſententijs, & ſtudijs Senatus.

Expugnatio huius ſecundi fundamenti, ſiue præiudicij, fit per inuerſionem: nam inuerſio eſt argumentatio, in qua ex aduerſariorum ratione, non id quod ipſi uolunt; ſed quod nobis commodum eſt, ſequi demõſtramus: at in ſententiam contrariam torquet rationem aduerſariorũ, oſtendens inuito Senatũ factum eſſe, S. C. & Miloni nocere nihil: ergo eſt inuerſio. Id ex litteræ lectione hauritur.

„ Cædem qua Clodius occiſus eſt.

Propoſitio eſt argumentationis aduerſariæ; ideò dicit, CAEDEM; quod non dixiſſet, ſi uerba aduerſaria non repeteret: nam defenſoris eſt, uel prætermittere ea, quę lædunt; uel leuiter tangere: Cædis uox, pondus & illud maximum habet.

„ Illam uerò Senatus &c.

Per interpretationem commonſtrat, quid de cæde Clodij ſenſerit Senatus,

cum diu hac de re fuerit altercatum, & quæ in contextu leguntur, permiſerit.

Obſeruatio.

Confutandò; prius uniuerſam tangit confutationem; deinde ad eius partes tranſit: Vniuerſam confutationem tangit, cum dicit hac in periodo.

,, Illam uero Senatus non ſententijs ſuis ſolum; ſed etiam ſtudijs comprobauit.

Partes autem, in ſequentibus periodis, cum agit de Senatus frequentia; de numero Clodianorum: de his, quæ dictitabant: &c.

Affectus.

Indignatio —— cum indignatione enim loquitur hic Cicero; ſed præcipue hæc uerba proferendo:

,, declarant huius ambuſti Trib. Pleb.

,, illę intermortuæ conciones, quibus quotidie meam potentiam inuidioſè criminabatur.

Figuræ ſententiarum.

Interrogatio —— Quoties enim eſt illa cauſſa à nobis acta in Senatu?

,, quibus aſſenſionibus uniuerſi ordinis, quàm nec tacitis, nec occultis?

& reliqua uſque ad —— Quæ quidem. &c.

Figuræ uerborum.

Abuſio —— Cædem, quæ &c. —— ubi poſuit cædem, pro homicidio.

Figuræ ſtructuræ.

Tmeſis ——Inter NON, & SOLVM, collocat alia uerba; ideſt, ſententijs ſuis; & ſic diuidit, quod ſolet inſimul proferri.

Figuræ numeri.

Diſpondens — Comprobauit — ſequitur, Quoties, incipiens à Q. quare ultima ſyllaba terminans in. T: poſitionem facit.

,, Ambuſti Tribuni Pl.

Pro declaratione huius loci, ſciendum eſt, quod dum Clodij corpus de more cremaretur; Curia incendio conflagrauit; ex quo uix T. Munacius euaſit: iccirco ipſum ambuſtū uocat. Is cauſſæ Clodianę fauebat, cum C. Salluſtio, & Q. Pompeio Ruffo.

,, Cum diceret Senatum &c.

Eſt oppoſitio, in qua ex oppoſito propoſitionis, ad ipſam propoſitionem reuertimur:

Propugnatores Clodij dixerant
Senatum iudicaſſe contra Rempub. eſſe factam:

T. Muna-

T. Munatius unus ex eis dixerat

Senatum, non quod ſentiret, ſed quod Cic. uellet, decernere.

Propterea Cic. ex oppoſito redit ad propoſitionem dicens:

Si Senatus, non quod ſenſit, ſed quod ego uolui, decreuit;
relinquitur

non iudicaſſe cædem Clodij contra Remp. eſſe factam; nam
hæc noluiſſem.

Quæ quidem ſi potentia eſt &c.

Concitarant inuidiam in Cic. aduerſarij dicentes; Senatum non quod ſentiret, ſed quod ipſe Cicero uellet, decernere. Quomodo uerò concitetur inuidia, in primo Rhet. ad Herenn. optimè docetur. Sciendum tamen ad remotionem inuidiæ duo potiſſimùm pertinere: quibus hic utitur Cicero; Extenuatione ſcilicet; & Dubitatione. Acquieſcunt enim homines, cum audiunt potentem; magnam potentiam ſuam; uel paruã, uel mediocrem appellare; ſiue dubitare an uerè potentia appellanda ſit: cætera quoque generis eiuſdem ſic per extenuationem, & dubitationem tractantur. Remouet inuidiam his uerbis.

„ quàm propter magna in Remp. merita mediocris in bo-
„ nis cauſſis auctoritas.

in quibus extat extenuatio. Remouet etiam iſtis alijs

„ aut propter officioſos labores.

In quibus pariter deprehenditur dubitatio.

Locus Topicus.

Ab efficienti —— Nimirum probat propter magna in Remp. merita mediocrem in bonis cauſſis auctoritatem ſe adeptum eſſe; & propter officioſos ſuos labores, nonnullam apud bonos gratiam conſecutum.

Figuræ ſententiarum.

Confeſſio — Quę quidem ſi potentia eſt appellanda; & quę ſequuntur. &c.
Ironia —— Appelletur ita ſanè, dummodo ea nos utamur &c.
Hæc ſanè ab eo dicuntur ironicè.

Figuræ uerborum.

Metaphora —— contra amentiam PERDITORVM.

Figuræ ſtructuræ.

Similiter cadens —— quàm propter magna in Remp. merita mediocris in bonis cauſſis AVCTORITAS:
aut pp officioſos labores meos nonnulla apud bonos GRATIA.

„ Hanc uerò quæſtionem &c.

Probat Senatum nunquam putaſſe nouam conſtituere quæſtionem; erant

enim

enim leges de cæde, deq. vi : & ſuperuacaneum fuiſſet nouas condere leges.

Locus Topicus.

A fine — Quicquid fit, propter finem fit : ſed Milo erat accuſatus de cæde, atque ui : & leges erant de utroque : ergo fruſtra noua lex de his promulgata fuiſſet. Id declaratur hac in periodo.

Figuræ ſententiarum.

Obiectio —— Hanc uerò quæſtionem, & ſi non eſt iniqua &c. — Reſpondet tacitæ obiectioni.

Figuræ ſtructuræ.

Continuatio —— Conſtituendam,
—— Conſtitueretur.

Repetitio —— Erant enim leges;
—— Erant quæſtiones.

Iſocolon —— Erant enim leges : —— ſyll. 6.
—— Erant quęſtiones. —— ſyll. 6.

Paria paribus; ſiue gradus. — Leges —— quæſtiones. 1.
Cæde —— ui. —— 2.
Mœrorem luctum —— 2.

„ Cuius enim Senatui.

Argumentatur inſuper à non uerisimili; quòd Senatus nouam quæſtionem putarit conſtituere propter poteſtatem; ſibi ereptam de inceſto ſtupro iudicium decernendi.

„ Decernendi poteſtas eſſet erepta.

Intercedente Q. Fuſio.

„ De illo inceſto ſtupro.

Ob uiolata Bonę Deæ ſacra.

„ Cur igitur incendium Curiæ? &c.

Tria tangit, quæ uno tantùm. S. C. continebantur : 2. enim, uel plura. S. C. non licebat uno die fieri.

„ Quia nulla ius &c.

Ratio quare factum fuit. S. C. — quia nulla uis unquam eſt in libera ciuitate ſuſcepta inter ciues non contra Remp.

Locus Topicus.

A contingentibus —— quòd noua poterat, & non poterat conſtitui quæſtio.

Figuræ ſententiarum.

Ratiocinatio — cur igitur, &c. — reddit rationem cura, ratiocinando.

„ Niſi

„ Niſi verò aut ille dies, in quo T. Gracchus, &c.

Sequitur exemplis confirmando nullam uim eſſe unquam in libera ciuitate ſuſceptam inter ciues non contra Remp.

„ Tib. Gracchus eſt cæſus, &c.

Tib. Gracchus T. Sempronij filius; fœdus Mancini in Hiſpania Quæſtor cõprobauit; ſed eloquentia, huius erroris pœnam ſubterfugit. Tribunus Pl. legem tulit, ut nemini ultra mille agri iugera concederetur: cumq. magiſtratum ſibi prorogari contenderet; Scipio Naſica illum, regnum poſcere ſuſpicans; Senatui perſuaſit, ut ipſum interficerent: itaque in Capitolio eſt oppreſſus. Raf. Volaterr. in Anth. o. lib. 16.

„ Quo Caius, &c.

C. Gracchus Trib. Pleb. agrarias, & frumentarias leges tulit: colonos etiá Capuam, & Tarentum mittendos cenſuit: Triumuiros agris diuidundis, ſe, & Fuluium Flaccum, ac C. Caſſium conſtituit: quare accerſitus; quum in Senatum non ueniſſet; armata familia Auentinum occupauit; at illum uicit Opimius: cumq. fugeret, Septimius eius amicum, apud Portam Trigeminam capite priuauit; quod plumbo repleuit, ut grauius efficeretur: dependendum enim erat Opimio tantum auri, quantum erat capitis pondus. Idem Raf. Volaterr. in Anthrop. lib. 16.

„ Arma Saturnini oppreſſa ſunt.

L. Apuleius Saturninus Trib. Pleb. ſeditioſus, ut gratiam Tribunorum militum pararet; legem tulit, ut ueteranis centena agri iugera in Aphrica diuiderentur: & orta eſt ſeditio, qua ipſe perijt. Idem Volaterr. ibidem.

Locus Topicus.

A tempore —— quod exprimitur illis uerbis —— „ Niſi verò aut ille dies, in quo T. Gracchus eſt cæſus, &c.

Figuræ ſententiarum.

Ironia —— Tota hæc periodus eſt ironia —— Niſi verò — uſque — Itaque.

Figuræ verborum.

Metaphora —— Remp. tamen non VVLNERARVNT.

Figuræ ſtructuræ.

Repetitio —— { Aut ille dies, in quo T. Gracchus eſt cæſus: / Aut ille, quo Caius: / Aut, quo arma Saturnini oppreſſa.

Traductio —— —— { Republica. / Rempublicam.

„ Cædem in Appia factam, &c.

Hæc erat uia Conſularis ab Appio ſic appellata, quæ ad Albæ mœnia perducebat;

cebat; adq. alias partes percelebres uergebat.

„ Itaque ego ipſe, &c.

A ſua ſententia comprobat, quod factum erat à Senatu; ſed eam in aduerſarios intorquet.

Locus Topicus.

A loco —— cum cædem in Appia factam eſſe conſtaret.

Figuræ ſententiarum.

prolepſis —— Confitetur & ipſe rem notaſſe; ſed cõfeſſionẽ interpretatur.

Figuræ ſtructuræ.

Similiter deſinens —— crimen iudicio reſeruaui; rem notaui.

„ Quòd ſi per furioſum illum Tribunum, &c.

Senatus ſententiam per occupationem interpretatur; quæ decernebat, ut ueteribus legibus tantummodo extra ordinem quæreretur: uerùm empta interceſſione ſublata eſt.

„ Quòd ſi per furioſum.

Furioſos uocat Cicero, populares homines, & rerum nouarum ſtudioſos.

Locus Topicus.

A contingentibus —— Huius lege litteram periodi, & id erit tibi exploratũ.

Figuræ ſententiarum.

Obiectio —— per obiectionem aperit, cur noua quæſtio habeatur.

Figuræ ſtructuræ.

Alliteratio —— Nunc / Nullam } vtraque dictio incipit ab: N. abſq; interuallo.

„ per furioſum illum tribunum, &c.

Significat P. Munatium Trib. Pl. qui parti Clodianæ fauebat.

„ diuiſa ſententia eſt.

De ſententiæ diuiſione multi multa dicunt; ego uerò ſic hunc locum intelligo. Satis conſtat ex hiſtoria Romana certus & præfinitus numerus Senatorum requiri in S. C. conficiendo: nam ſi erant pauciores, quàm ipſe numerus præfiniebat, nullo pacto confici poterat. Propterea, qui aliqua de re ſubterfugere S. C. optabant; diuiſionem ſententiæ requirebant: id eſt, ut qui idem ſentiebant, in eam ſententiam pedibus irent: qui autem aliam; in aliam pariter irent: deinde Senatores connumerarentur; & ſi prioris ſententiæ tot erant, quot numerus requirebat; tunc S. C. conficeretur: ſin minus; non conficeretur. Quod erat in cauſſa, ut plerunque aliquis Tribun. Pleb. intercederet; qua interceſſione ſublata erat

Senatus

lius Senator pecunia corruptus à Munatio; ſententiam diuidi petiit: quod oportebat fieri per Senatorem; & deinceps Munatius, & Salluſtius Tribb. interceſſerunt.

„ Empta interceſſione.

Quam Munatius, & Salluſtius emit à Q. Fuſio Senatore.

„ Interceſſione.

Munatij ſcilicet, & Salluſtij.

„ Nihil enim neceſſe eſt omnium flagitia proferre.

Artis eſt ſuſpectos, uel notos in aliquo flagitio, non nominare; ſi non eſt neceſſe; dico quòd eſt artis huiuſmodi homines non nominare: quia conciliatur ſic auditorum beneuolentia a modeſtia.

„ At enim Cn. Pompeius &c.

Hic tertium aduerſariorum fundamentum aggreditur; ideſt Rogationem Pompeij; quam per interpretationem Miloni nullo pacto obeſſe probar. Tulerat enim Rogationem Pompeius, ut de cæde, quæ in Appia uia facta eſſet, in qua P. Clodius occiſus fuit, quæreretur.

„ Rogatione ſua.

Rogatio, erat quædam lex, quæ nec generale quidpiam complectebatur; ſed ſingularia ſemper perſequebatur.

„ Quæ in Appia uia facta eſſet &c.

Hæc de uia, pauca quædam ſuperius uerba feci: uerùm, ut ſtudioſus perfectiorem ſententiam hauriret; hæc addenda eſſe exiſtimaui. Dictum eſt Appiam uiam Appium ſaxo ſtrauiſſe: ſed quum plures Appij fuerint; quem littera ſignificet, uideamus. Ap. Claudius Rigillianus Decemuir, licet inter collegas ſumma legibus ſcribendis auctoritate polleret; tamen ob Virginiæ iudicium in carcerem conicctus eſt; quare, ut legitur apud Liuium, ſibi manus attulit.

Ap. uerò Claudius, Cæcus orator Romę: de quo ſic Cicero in Bruto; Appius Claudius (inquit) ſocer tuus, collega, & familiaris meus; hic iam & ſatis ſtudioſus; & ualde cum doctus, tum etiam exercitatus orator; & cum auguralis, tum omnis publici iuris, antiquitatisq. noſtræ bene peritus fuit. Is Senatum iamiam inclinatum, à Pyrrhi pace reuocauit. Ab hoc Appia uia dicta eſt, quam Brunduſium uſque lapidibus ſtrauit, ut eſt ſcriptum in Liuio lib. 9.

Claudius Nero, & Claudius Pulcher fratres, Cæci filij; quorum meminit Tranquillus, & Liu. lib. 19: alij quoque extitere; quos breuitatis cauſſa prætereo.

E „ nec

[stamp]

In defenſione Milonis ternæ tabellæ à Pompeio Conſule ſingulis iudicibus datæ fuerunt, ut quam uellent, in urnam mitterent: nam tribus tabellis iudiciarijs utebantur Romani; altera habebat. A: altera. C: tertia, NL. Per tabellam litteram A, deferentem, abſoluebantur rei: per C. condemnabantur: per NL. ſignificabatur, non liquere. Addunt interpretes Θ; qua littera Grçci reos ad mortem damnabant; quòd thanatos græcè, latinè mors dicitur.

„ At enim — uſque Mihi uerò.

L. T.

A pronunciatis — interpretatur Rogationem Pompeij; quæ erat lex ſingularis, non generalis: ſed lex, prouerbia, ſententiæ, & huiuſmodi pronuntiata dicuntur; ergo pronuntiatum.

F. S.

Subiectio ——— proponit plura per interrogationem; & ſingulis interrogationibus rationem affert: hoc modo.

Quid ergo tulit? nempe, ut quæreretur.
Quid porrò quærendum eſt? factum ne ſit? at conſtat.
A quo? at patet.

Figuræ ſtructuræ.

Iteratio — TVLIT enim de cçde &c. quid ergo TVLIT? } In hac uerbi, TVLIT, iteratione locus eſt obſeruandus; quia modò in principio, modo in fine clauſularum legitur.

Iteratio alia - defenſionem ſuſcipi poſſe, Poſſe abſolui eum &c. } mutato loco; Poſſe, enim eſt in fine primæ clauſulæ: ſecundç autem, in fine.

Continuatio — { quæreretur, quærendum, quæri.

Alia continuatio ——— ——— ——— { Fateretur. Fateri.

Conſecutio ——— { Iuris. Iuſſiſſet.

Similiter deſinens — { neque quæri unquam iuſſiſſet, quàm illam triſtem dediſſet. } cum interuallo.

„ Mihi uerò Cn. Pompeius, &c.

Contendit Pompeium nihil contra Milonem grauius iudicaſſe; ſed potius

uiam

uiam iudicandi rectè oſtendiſſe; ideſt cauſſam interitus quęrendam, non interitum.

Locus Topicus,

A repugnantibus — repugnat enim defenſionem dediſſe;& condemnaſſet; nam ſi condemnaſſet; proculdubio defenſionem non dediſſet.

Figuræ ſententiarum.

Epiphonema —— ſi reſpicimus Ciceronem.
Antitheſis —— ſi ſententiam reſpicimus — nam, qui non pœnam cõfeſſioni, ſed confeſſionem dedit, is cauſſam interitus quærendam, non interitum putauit.

Figuræ ſtructuræ.

Continuatio —— —— { iudicaſſe, iudicando.

Traductio —— —— —— —— —— { Interitus. Interitum.

„ Iam illud dicet, &c.

Affert cauſſam cur Pompeius illam tulerit rogationem; ut ſcilicet uitaret ſuſpicionem, ſe cum Cladio pacem inijſſe ſimulatè.

Locus Topicus.

A cauſſa.

Figurę ſententiarum.

Occupatio.

Figuræ ſtructuræ.

Iſocolon —— nihil de eius morte populus conſultus — 13.
nulla quæſtio decreta à Senatu eſt —13.

„ Tribunus Pleb. M. Druſus,&c.

Lata lege à M. Liuio Druſo; qua ſocij, atque Italici populi ciuitatem conſequebantur; dum is eſſet in atrio domus ſuę; à quodam ex turba, quam frequens eum domum deduxerat, cultro ſutorio peremptus eſt. App. lib. 1. de bello ciuili.

Et eſt exemplum à maiori; nam ſi in morte maioris uiri nihil populus conſultus, nulla quæſtio à ſenatu decreta eſt; cur in minori? itaque aufert uериſimilitudinem.

Quod exemplum ſit à maiori; probatur ex his, quæ ab eodem Cicerone dicuntur; uidelicet;

nobiliſsimus uir,
ſenatus propugnator,
atque illis temporibus penè patronus,
auunculus huius noſtri iudicis
fortiſſimi uiri Catonis. —— } quæ ornamẽta omnia in Clodio nõ claruerant; ergo minor Clodius.

„ Quantum luctum &c.

Addit exemplum P. Africani minoris : quod, ut cognoſcatur maius; mirificè eius laudes amplificat.

Huiuſmodi exemplis artificiosè uſus eſt; quum minus illuſtre prius; illuſtrius uerò poſterius collocarit.

Huius periodi nomen amplificatio eſt per partitionem; partitur nāque Cic. totam ciuitatem in hunc, illumúe ſic;

„ quantum luctum in hac urbe fuiſſe à noſtris patribus accepimus — hoc eſt totum — quia ciuitas tota &c.
„ quis tum non gemuit?
„ quis non arſit dolore? — hæ ſunt partes: ciuitas reuera eſt unio ciuium; propterea omnes ciues totum: hic, & ille, pars.

„ cum P. Africano &c.

C. Gracchus, Cn. Fuluius. Cn. Carbo Triumuiri conabantur agros diuidere; quibus fortiter reſtitit Africanus minor; ſed quum domum redijſſet; fato neſcio quo, in cubiculo uita exutus, repertus eſt. Appian.

Locus Topicus.

A contingentibus —— ut luctus, mors uiolenta, deſiderium, &c.

Figuræ ſententiarum.

Interrogatio —— Quantum luctum in hac urbe fuiſſe à noſtris patribus accepimus; cum P. Africano domi ſuæ quieſcenti, illa nocturna uis eſſet illata?
quis tum non gemuit?
quis non arſit dolore? &c.

Subiectio etiam — num ulla quęſtio, & quæ ſequuntur.

Figuræ uerborum.

Metaphora —— Quis non ARSIT dolore?

Figurę ſtructuræ.

Repetitio —— Quis non gemuit? quis non arſit dolore?
Antitheta —— immortalem, morti — clari, obſcuri.
Traductio —— mortem, morte.

„ Interſit inter uitæ, &c.

Mors non eſt conſideranda ſecundum perſonarum dignitatem; ſed ſecundū differentiam ſcelerum: hoc hac in periodo à Cicerone contenditur.

Locus Topicus.

A differentibus — mors ſummorum uirorum; mors infimorum — ironicè

cè tamen.

Figuræ ſententiarum.

Occupatio —— Interſit inter uitæ dignitatem ſummorum, atque infimorum; &c.

Ironia —— Niſi forte magis erit parricida, ſiquis Conſularem patrem, quàm, ſi quis humilem necauerit: &c.

Figuræ ſtructuræ.

Antitheta —— { Summorum —— infimorum. / Conſularem —— humilem. }

Iteratio —— Mors quidem illata per ſcelus &c.
Aut eò mors atrocior erit &c.

„ Hoc enim ſæpe ab iſtis &c.

Inuidiam mouet à loco. Aduerſarij atrocius crimen reddere conabantur, quòd Clodius in uia Appia fuerat interfectus; atque odium concitare: Cicero autem odio, inuidiam opponit; quod illa uia munita non fuerat ab Appio Cæco, ut eius in ea poſteri latrocinarentur.

Artificium.

Affectum affectu diluere artis eſt; ut hic: ubi affectu inuidiæ, odij affectum diluit.

Locus Topicus.

A loco —— Hoc enim ſępe ab iſtis dicitur: perinde quaſi Appius ille Cæcus &c.

Figuræ ſententiarum.

Irriſio —— Irridet opinionem aduerſariorum —— Perinde quaſi Appius Cęcus uiam munierit, non qua populus uteretur; ſed ubi impune ſui poſteri latrocinarentur.

Figuræ ſtructuræ.

Huius periodi uerba omnia in fine omnium orationis membrorum collocauit ——

1 Hoc enim ſępe ab iſtis dicitur.
2 perinde quaſi Appius ille Cæcus uiam munierit,
3 non qua populus uteretur;
4 Sed ubi impune ſui poſteri latrocinarentur.

„ Itaque in eadem iſta Appia &c.

M. Papirium occiſum fuiſſe tradit; & cum qui occiderat, ſuis in monimentis eum occidiſſet; impunitatem tamen aſſequi non potuit, nec debuit. Verùm hęc dicuntur à Cicerone ironicè; & ſic, ut uideatur, non eſſe illud facinus puniendum; at ipſe contra ſentit.

„ Marcum

„ Marcum Papyrium.

Plures fuere Papyrij: Papyrius Curſor, à currendi celeritate ſic appellatus, qui Fabium Rullianum magiſtrum equitum ſecuri ferire uolebat, propterea quod in bello Samnitum; cum Romam ad auſpicia captanda accurriſſet, & ſibi edixiſſet, necum hoſte pugnaret; pugnauit, ac uicit; ſed populus Rom. ad quem confugerat, ipſum liberauit. Liu. lib. 9.

L. Papyrius Curſor ſuperioris filius; qui inſignem ex Samnitibus uictoriam adeptus eſt: & ex hoſtium ſpolijs Fortunæ templum poſuit.

Papyrius Craſſus, cũ aſſequi non poſſet pro uictoria contra Priuernates triũphum; myrtea, non laurea fronde coronatus; duxit triumphum in monte Albano. Vide Val. lib. 4.

A Plinio legimus lib. 7. ſcriptum Papyrium Carbonem eſſe cum dentibus natum.

Papyrius Prętextatus, ſic a Prętexta ſibi conceſſa dictus; ductus à patre in Curiam, ubi arcana quędam tractabantur; à matre rogatus, ut ſibi crederet, quæ tractarentur in Curia: dixit: ut duæ uni nubere poſſent: quare mater cum cęteris matronis ad Curiam acceſſit; conclamauitq. ut mulieribus quoque permitteretur poſſe lege duos uiros habere. Quę res per Papyriũ patefacta; mirificã ſibi laudem parauit. Lege Macrob. in Saturn.

Papyrius alius damnatus, quòd Publium nobilem adoleſcentem contumelijs, ac plagis afficeret, ob negatum ſtuprum. Valer. de pudicitia.

Aſconius M. Papyrij uitam ſcripſit; de quo hic agitur à Cic.

Locus Topicus.

Ab exemplo ———— Marci Papyrij exemplum contra aduerſariorum ſententiam affert.

Figurę ſententiarum.

Ironia —— Non fuit illud facinus puniendum; homo enim nobilis &c.

Figuræ ſtructuræ.

Continuatio in eodem uerbo ———— M. Papyrium occidiſſet. Equitem Ro. occiderat.

„ Nunc eiuſdem Appię uiæ &c.

Conqueritur ob Clodium tantas tragœdias excitari; qui & latro, & parricida fuerat: obq. nobiliſſimos & ornatiſſimos homines eadem in Appia uia occiſos, nunquam id factitatum.

Affectus.

Eſt Indignatio — Nunc eiuſdem Appiæ nomen quantas tragœdias excitat?

Locus Topicus.

Ab effectu.

Figurę

Commoratio —— —— commoratur in uitijs, & ſceleribus Clodij enarrandis: quòd latro; quòd parricida &c.

Figuræ uerborum.

Metaphora ——— quantas tragœdias EXCITAT?

Catacreſis ———— parricidæ ——— ſed creditur Clodium occidiſſe patrem, & ſororem &c. Sic non eſſet abuſio.

Figurę ſtructurę.

Gradus; ſiue paria paribus —honeſti atque innocentis — 2 adiectiua.
latronis, & parricidæ —— 2 ſubſtantiua.

Similiter deſinens ———— atque innocentis uiri ſilebatur,
eodem nunc crebro uſurpatur.

„ Sed quid ego illud commemoro?

De Cn. Pompeij periculo agit.

Idq. ut odium in P. Clodium concitet ardentius.

Hiſtoria huius periculi doctiſſimè à Franciſco Syluio ex Plut. in uita Pōpeij ſic ſumitur. Statuerat Clodius Tribunus pro libidine Remp. gerere, ſed cum ſibi eſſent impedimento M. Tullius Cicero, M. Cato; & Cn. Pompeius; quòd Cęſar diſtinebatur occupatione Galliarum: Ciceronem ex urbe detruſit: M. Catonem Cyprum miſit; ut Regis Ptolemęi pecuniam Romam deueheret: Cn. uerò Pompeium interficiendum curabat; propterea armatus ſeruum in Caſtoris templo collocauit; qui paulo poſt deprehenſus eſt; & rem totam aperuit.

„ In templo Caſtoris.

Caſtor, & Pollux erant nauigantium numina: quòd in tempeſtatibus maritimis apparentibus, ſalutem nauigantibus nuntiarent.

Fabulantur Iouem captum amore Ledæ Tyndari Regis filiæ, ſub forma Cygni illam defloraſſe: quæ ouum peperit, ex quo orti & Caſtor, & Pollux & Helena ſunt. Alij referunt duo oua peperiſſe; ex quorum altero Caſtor, & Pollux; orti ſint ex altero Helena, & Clitemneſtra.

Fabulæ tamen allegoria hæc eſt; quòd Leda Cantus Iouis ſuauitate illecta, & incenſa eum adamarit; ſeſeq. illi dederit & contrectandam, & comprimendam in cuiuſdam ripę fluminis herbis.

Inter cęteros iuuenes undique delectos, ut Iaſonem ad aureum uellus acquirendum comitarentur; acceſſerunt Caſtor, & Pollux, qui in ea nauigatione ſe ſtrenuè geſſere: tandem Lynceus Caſtorem interemit; & Pollux à Ioue patre impetrauit, ut dimidium immortalitatis ſuę illi poſſet impartire.

Fuerunt

Fuerunt hi ſane mortales; ſed ob pręclara facinora eos antiquitas in Deorum numerum relata eſt.

In Caſtoris honorem tripudium inſtituerunt, ab eo dictum Caſtorium; quod ab armatis iuuenibus inducebatur.

Candidos his agnos ſacrificabant; quia Dij fauſti, & felices.

Hac fabula hortantur homines ad concordiam; & fratrum amor exprimitur. Vide Mythologias Natalis Comitum lib. 8.

Templum Caſtoris, & Pollucis Romę, fuit apud templum Deę Veſtæ: & templum Deę Veſtę erat, ubi nũc eſt templũ Diuę Mariæ Liberatricis; uel Diui Sylueſtri in lacu. Syluius teſtatur illud proximũ fuiſſe foro, Curięq.

Affectus.

Idem — ideſt indignatio.

Locus Topicus.

A connexis — ſeruum collocarat Clodius in templo Caſtoris, qui Pompeium interficeret; & ſeruus eſt domini ſeruus: ſcilicet domini connexum quoddam teſte Agricola in inuentione Dialectica — comprehenſus in templo Caſtoris ſeruus.

Figuræ ſententiarum.

Metania, ſeu pœnitentia dicti; conuenit irato: & hic Cicer. ira commotus loquitur. — Sed quid ego illa commemoro?

Figuræ ſtructuræ.

Traductio — ſed quid ego ILLA; &c.
quem ILLE, &c.

Annominatio — COMmemoro / COMprehenſus } vnaq; dictio incipit à ſyllaba COM.

» Caruit foro poſtea Pompeius, &c.

Locus Topicus huius periodi.

A loco — Caruit foro, / caruit Senatu, / caruit publico, &c. } Hi omnes loci ſunt.

Figuræ ſententiarum.

Hypothypoſis — quia hic forma rei exprimitur uerbis; ſi quidem exprimit Cicero, quomodo ſe celarit Pompeius.

Figuræ uerborum.

Metaphora — Ianua ſe, ac parietibus, non iure legum, iudiciorumq. TEXIT. — metaphora eſt in uerbo texit.

Figuræ

Figuræ ſtructuræ.

Repetitio — Caruit foro poſtea Pompeius:
Caruit Senatu:
Caruit publico.

Iſocolon — Caruit publico — ſyllabæ. 6.
Caruit ſenatu — ſyllabę. 6.

„ Num quę rogatio lata?

Ab inuſitato, & à meritis aliorum reprehendit rogationem Pompeianam: quod enim iuſtis de cauſſis pro uiris digniſſimis factum non fuerat; neque pro Clodio fieri debebat; & eò minus, quòd erat iniuſta cauſſa; homoq. indigniſſimus erat Clodius in hoc caſu.

Locus Topicus.

A pronuntiatis — agit de rogatione:
„ Num quæ rogatio lata?
& agit de quęſtione:
„ Num quę noua quæſtio decreta eſt?

Figuræ ſententiarum.

Interrogatio — num, quæ rogatio lata eſt?
num, quæ noua quæſtio decreta eſt?

Figuræ ſtructuræ.

Repetitio — num, quæ rogatio lata eſt? } bis repetit
num, quæ noua quæſtio decreta eſt? } NVM.

„ Atqui ſi res, &c.

Ex hac periodo mira colligitur amplificatio.

Cuius amplificationis diſpoſitio eſt conſideranda: namque prius ponit tria; deinde illa ipſa amplificat: quam diſpoſitionem nos quoque huiuſmodi in amplificationibus obſeruare debemus; ne confuſo aliquo modo amplificemus.

Ponit tria ſcilicet.

1. Si res,
2. Si vir,
3. Si tempus ullum dignum fuit.

Amplificat iſta tria.

1. Inſidiator — conſiderat rem ex parte perſonę — Inſidiator — ergo malus, ſceleſtus, perditus, pœna per acerba afficiendus.

„ erat in foro — Locus reddit rem acerbiorem; quia forum, quia locus publicus; quia tanquam ſacer: quò confluunt omnes ciues.

„ collocatus — id de induſtria factum eſſe conſtat: malo animo; malis artibus.

F „ atque

„ atque in ueſtibulo ipſo Senatus — quod auctoritatem Senatus Romani imminuebat, uel prorſus deſtruebat: Senatus quē omnis Italia uenerabatur: Senatus, quem tota Europa excolebat: Senatus, quē orbis uniuerſus admirabatur.

2. „ Ei uiro — quaſi dicat, omni uirtute ornato; cum uir à uirtute dicatur: qui Remp. ſemper auctam curauit: qui hoſtes eius acerrimè perſecutus eſt.

„ mors parabatur quam natura ſugiunt omnes: quæ extrema rerum linea; ultimum terribilium uocatur.

„ cuius in uita nitebatur ſalus ciuitatis — ſi unius mors indignè tradita diſplicere debet: illa maximè, quæ omnium uitam moriendo ſecum trahit: ſed in uita Pompeij nitebatur ſalus ciuitatis; ergo omnium: ergo acerbiſſima: & qui uitam ſibi adimere uolebat; omnes acerbitates promerebatur.

3. „ Eo porrò Reip. tempore, &c.

Obſerua etiam in tempore mirificam amplificationem: & eſt, quę ſtatim ſequitur.

„ quo ſi unus ille occidiſſet; non hęc ſolùm ciuitas; ſed gentes omnes concidiſſent — quid plenius dici potuit?

Locus Topicus.

A ſubiectis — perſona Clodij: inſidiator in foro collocatus; perſona Pompeij: gentes omnes. Vide periodum totam; & has omnes perſonas inuenies.

Figuræ ſententiarum.

Expolitio — idipſum nempe dicitur; ſed alijs, & aliis uerbis.

Figuræ verborum.

Metaphora — cuius in uita nitebatur ſalus ciuitatis: ubi uerbo nitebatur uſus eſt metaphoricè: deinde ſed gentes omnes concidiſſent: metaphora hic etiam eſt in uerbo cōcidiſſent.

Figurę ſtructuræ.

Iſocolon — ſi res — 2.
ſi uir — 2.

Antitheta — Ei uiro autem mors parabatur.
Cuius in vita nitebatur ſalus ciuitatis.
mors, & vita ſunt antitheta.

Annominatio per mutationem ſyllabarum in principio:

„ quo ſi vnus ille occidiſſet,
„ ſed gentes omnes concidiſſent. } in uerbis { occidiſſet, concidiſſent.

Figuræ

Figuræ numeri.

Spondęi quattuor — gentes 1 } 4.
omnes 2
concidiſſent. 1.

„ Niſi forte, &c.

Hominum conſilia, & non exitus rerum legibus uindicari.

Locus Topicus.

A contingentibus — non enim conſilia hominum neceſſitate ſortiuntur effectum.

Figuræ ſententiarum.

Irriſio — niſi forte, quia perfecta res non eſt, &c. — Hæc dicuntur per irriſionem ad periodi finem vſque.

„ Minus dolendum fuit, &c.

Docet minus dolendum fuiſſe re non perfecta: nihilominus tamen puniendum flagitium.

Locus Topicus.

A comparatis — minus — nihilominus.

Figurę ſententiarum.

Epiphonema.

„ Quoties ipſe, &c.

Dicit ſe pluries effugiſſe ex manibus Clodij, qui eum interficere uolebat.

Locus Topicus.

A comparatis — quia à ſui exemplo probat immanitatem Clodij: & exempla continentur à comparatis.

Figurę ſententiarum.

Apoſtrophe — conuertit nanque ſermonem ad omnes iudices hac in periodo.

Hæc apoſtrophe eſt artificioſa, ualet enim ad captandam attentionem; quū aliquid noui prę ſe ferat: & in huiuſmodi homicidiis nunquam idem factum fuerat: ergo nouum: ualet etiam ad captandam beneuolentiam; quum ponat in odium Clodium, qui confidenter Ciceronem ad necem inſectatus fuerat.

Emphaſis — in duabus dictionibus; in dictione, QVOTIES; & in dictione, TANDEM: in dictione Quoties; nam ſi acerbè puniendus eſt, qui ſemel aliquem uoluerit occidere: acerbius, qui ſępe: ſed Clodius ſępe uoluerat Cic. occidere: ergo &c. In dictione uerò Tandem, pariter eſt emphaſis: nam qui diu moratur in amicis defendendis; uel amicus uerè nō eſt; uel offenſionem, ſiue iniuriam illatam amico perleuem iudicat; uel

aliqua alia animi perturbatione fit negligens; quę omnia contra ueram amicitiam faciunt: ſed ſi immoratur diutius; magis magisq. eius fraus illuceſcit. Ideò per dictionem, Tandem factioſos quoſdam notat.

Interrogatio — Quoties ipſe iudices ex P. Clodij telis, & ex cruentis eius manibus effugi? ex quibus ſi me non mea, uel Reip. fortuna ſeruaſſet, quis tandem de interitu meo quęſtionem tuliſſet?

Figuræ ſtructuræ.

Gradus, ſiue paria paribus — telis — manibus — 2.
mea — Reip. — 2.
Annominatiò cum interuallo — me meà — cum interuallo — non.
Similiter deſinens — uel Reip. fortuna ſeruaſſet,
de interitu meo quæſtionem tuliſſet?

„ Sed ſtulti ſumus.&c.

Stultum eſſe ait audere Druſum, Africanum, Pompeium, & ſe ipſum cum P. Clodio conferre; quoniam P. Clodius nobilior, & dignior. Sed hæc omnia ironicè accipienda ſunt.

Locus Topicus

A comparatis — comparat Druſum, Africanum, Pompeium, & ſe ipſum cum P. Clodio.

Figuræ ſtructuræ.

Correctio per ironiam — quæ mirificè auget indignitatem rei. Indignum nanque eſt ſapientem ſapientiori præferre; ſed indigniſſimum, præferre ſtultum, ſapientibus.

In horum exemplorum uſu, ſeruat tẽporum ordinem: tempore priora prius ponit: quę diſpoſitio ubiquè cognoſcenda eſt.

Metonimia — Tota ciuitas confecta ſenio eſt: ſqualent municipia: &c.

Hypothipoſis — Deſcribit dolorem omnium ex nece Clodij; ideſt dolorem maximum: poterat nempe dicere; omnes ex nece Clodij ſummum cepere dolorem: uel aliqua alia elocutione uti ad tantum dolorem ſignificandum: ſed, ut amplificaret illum ipſum per hypothipoſim ironicè deſcripſit: & hæc mira eſt hypothipoſis

luget Senatus:
mœret equeſter ordo:
tota ciuitas confecta ſenio eſt: } Sumpta occaſione è partibus imperio ſubiectus.
ſqualent municipia:
Afflictantur coloniæ:
Agri denique ipſi &c.

Diſpoſitio

Diſpoſitio huius hypothipoſis non eſt negligenda; inchoauit à digniori-bus — dignior erat

Senatus ——— luget Senatus ——— deinde
Equeſter ordo —— mœret equeſter ordo.
Ciuitas ——— tota ciuitas confecta ſenio eſt.
Municipia ——— ſqualent municipia.
Coloniæ ——— Afflictantur coloniç.
Agri ——— Agri denique ipſi &c.

Proſopopœia —— afflictantur coloniæ: agri denique ipſi &c. } dat ſenſum inſenſilibus.

Emphaſis — Audeamus — propter ironiam eſt emphaticum uerbum

Figuræ uerborum.

2 Allegoria ——— Agri denique ipſi tam beneficum &c. —— Vbi agri pro agricolis ponuntur.

1 Metaphora — ſenio confecta eſt —— ſenio —— pro mœrore.

Figurę ſtructuræ.

Repetitio. { qui Druſum, qui Africanum. &c.

Repetitio alia — — — — { tam beneficum, tam ſalutarem, tam manſuetum.

Antitheton ——— tolerabilia &c. æquo animo ferre nemo poſſit.

Conſecutio —— Tota ciuitas confecta ſenio eſt &c. Tam manſuetum ciuem deſiderant. } { Ciuitas. Ciuem.

Iſocolon ——— { tam beneficum —— 5 tam ſalutarem —— 5

„ Non fuit ea cauſſa Iudices.

Concludit, cur ſibi cenſuit Pompeius pro Clodio quęſtionem ferendam; ne ſcilicet uideretur infirmior fides reconciliatę gratię. Mutuo enim odio ſe Pomp. & Clod. proſecuti fuerant: actumq. ferendi quæſtionem ad interpretationem intentionis Pompeij conuertit.

Ex hoc id artificij, & utilitatis ſumitur; ut ſi quando aliquid acerbi uideatur contra nos factum; illud factum aliquo pacto ad noſtrum fauorem interpretemur; uel diuerſam intentionem fuiſſe; uel aliud mitius: captando beneuolentiam a perſona, quę fecerit: ut hic.

„ Sed homo ſapiens &c.

Locus Topicus.

A cauſſa ——— Cauſſam affert ferendi quæſtionem.

Figuræ ſententiarum.

Exclamatio —— Non fuit ea cauſſa iudices.

Figuræ ſtructurę.

Repetitio — — Non fuit ea cauſſa iudices,
Non fuit &c.

Antitheta — — inimicum,
familiarem.

Iſocola — — — quamuis atrociter ipſe tuliſſet; — xi. ſyl.
uos tamen fortiter iudicaturos. — xi. ſyl.

„ Itaque delęgit e florentiſſimis. &c.

Probat Pompeium in iudicibus legendis non ſecreuiſſe amicos ſuos.

Argumentum eſt (ut uocabant barbari) ab impoſſibili: quia cum optimos legerit; & Reip. ſtudioſi optimi ſint; ipſeq. Cicero ſtudioſus Reip. fuerit; ſequebatur, quòd & ſuos amicos legiſſet; ob beneficium præcipuè conſeruatæ à Cic. Reip: cui omnes optimi debebant plurimum.

Alij appellant hoc argumentum à toto.

„ ille cum optimos uiros legeret &c.
„ non potuit legere non ſtudioſos mei.

„ e florentiſſimis ordinibus &c.

Ideſt ex Senatorio, & equeſtri.

„ cum optimos uiros legeret.

Pompeius legit uiros optimos; qui poſtea ſortiti fuere.

Locus Topicus.

A connexis — argumentum enim eſt ab amicis — & amici, & ſerui, & huiuſmodi ſunt connexa.

Figuræ ſententiarum.

Occupatio — quę ualet ad declinandam inuidiam: cum amici Ciceronis fuerint uiri optimi, & ſtudioſi Reip.

Figuræ uerborum.

Metaphora — — — florentiſſimis,
Lumina.

Figuræ ſtructuræ.

Similiter deſinens — — id aſſequi potuiſſet,
etiam ſi cupiſſet.

Conuerſio — — — ſed, ſiquid poſſumus, — Nam in fine
ex eo poſſumus, — clauſularum.

Continuatio — Legeret,
legere.

„ Quod uerò te CN. Domiti. &c.

Quare Clodianæ quęſtioni Domitium pręeſſe uoluerit, edocet; ut ſcilicet

uir

uir Conſularis, auctoritate ſua reſiſteret leuitati multitudinis, & perditorum temeritati.

„ Cn. Domiti.&c.

Intelligit Domitium Aenobarbum; de quo uide plura lib. 1. de bello ciuili; paullo poſt principium.

„ Dederas enim quàm contemneres &c:

Declaratur hæc hiſtoria à Barptolemæo Latomo ſuis in ſcholijs hoc modo. Lex à Cn. Manlio Trib Plebis ſeditiosè ferebatur; ut in omnibus tribubus à libertinis ſuffragium ferreretur; & iam Capitoliũ occuparat; quũ Domitius illum deiecit; multosq. Manlianos interfecit.

Locus Topicus,

Ab adiacentibus —— „ Nihil quæſiuit aliud niſi iuſtitiam, grauitatẽ, humanitatem, fidem — Hæc omnia, quæ requirebantur à Pompeo in Domitio adiacentia ſunt.

Figuræ ſententiarum.

Apoſtrophe —— conuertit ſermonem ad Domitium — Quod uerò te Cn. Domiti.

Figuræ ſtructuræ

Paria paribus ——. iuſtitiam, grauitatem, humanitatem, fidem — 4
leuitati, multitudinis, perditorum, temeritati — 4

Diſſolutio — iuſtitiam, grauitatem, humanitatem, fidem.

Figuræ numeri.

Dactylus — maxima — ◡ ◡. Periodum dactylo claudit.

„ Quamobrem Iudices, &c.

Concluſio per repetitionem capitum totius confutationis. Repetitionem hic uoco, quam aliquot uocarunt enumerationem: Quia enumeratio complectitur partes propriè propoſitas, uſque ad tertiam. Verùm de enumeratione auctores euolue.

Locus Topicus.

A pronuntiatis — nam confutationis capita repetit.

Figuræ ſententiarum.

Repetitio — Hic intelligo repetitionem ſententiarum, & non uerborũ; quòd ſi repeteret uerba; eſſet figura ſtructuræ. Id cognoſcitur de tota hac periodo.

Præcario — Quæſo diligenter attendite.

Polliciratio — pollicitetur breuitatem — rem geſtam uobis dum breuiter

ter expono — de breui lumine orationis agitur dilucide apud Cic. in partitionibus.

Figuræ ſtructuræ.

Conſecutionis — diſceptationem — diſceptet.
quæſtioni — quærere.

Paria paribus — iuſte, ſapienter — 2.
expono, quęſo — 2.

P. Clodius cum ſtatuiſſet, &c.

Sublatis ſibi impedimentis Cic. aggreditur facti narrationem.

Narratio eſt poſt confutationem; & ſi diſpoſitio partium orationis uelit, ut exordium antecedat; ſequatur narratio; deinceps confutatio, & peroratio ſubſequuntur; nam, ut habetur in Rhetoricis, hæ partes circunſtantiis ſæpenumero mutantur: ſed res, de qua Cic. agebat erat turpis; & iudices erant perſuaſi; ideo a confutatione erat inchoãdum; ut deſtructis ſuſpicionibus; rationes ſuas tutius afferre poſſet.

Inſuper eſt ſciendum; quòd hic Cicero fungitur officio accuſatoris, & non defenſoris ſimpliciter; quamuis Milonem defendat: quia eius intentio hunc ſcopum diuerberat; ut Clodius inſidiator fuerit: ſed cum ars præcipiat accuſatores criminoſas facere narrationes; criminoſam hanc totam narrationem facit; quod perſpicitur ubique, ad confirmationem uſque.

„ Nihil dico, quod Reſp. conſecuta ſit.

Quot modis fiant narrationes, copioſiſſimè docetur in Rhet. ſed cum alia narratio (inter cętera) incipiat a recto; ab obliquo alia; alia per comparatiuum, alia per conuictiuum, alia per diſſolutiuum fiat; & deſeruiãt, hæc oratori, illa hiſtorico; uel poetæ; uel diuerſis orationis partibus; & non omnes omnibus ſemper tùm perſonis, tùm partibus: narratio, quam ſuſcipimus explicandã, incipit a recto, ut ſit dilucidior. „ P. Clodius, &c.

Lumen huius narrationis pręcipuum, eſt probabile; probatur per ſuſpiciones, quibus grauida eſt: reliqua lumina huic deſeruientia narrationi, ſunt breue, & dilucidum; de quibus uide Oratorias Partit. Cic.

„ In Prętura uexare, &c.

Latomus diſtinguit hoc tempus; & dicit fuiſſe M. Craſſo, & Cn. Pompeio Coſſ. annum proximum poſt Aedilitatem Clodij, quo per legem Pręturam petere concedebatur. Quare non petierit; ſed ipſam petitionem, protraxerit; narratio aperit.

Gradus aſcendendi ad Conſulatum erant iſti; prius Aedilitas, ſecundo loco Prętura; poſtremum Conſulatus petebatur.

„ Contulit ſe ad eius competitores, &c.

Competitores Milonis tunc fuere Scipio, & Hypſeus.

De Hypſeo

De Hypſeo a Cic. fit mentio ep. prima ad Familiares lib. 1.

Clodius totam petitionem ſolus, etiam illis inuitis gubernabat; at quanto plura miſcuit, tanto Milo magis in dies conualuit. Hic conatus pariter Clodij, totus cernitur eadem in narratione.

„ tota, ut comitia, ſuis ut dictitabat,

humeris ſuſtinebat

Ad Atlantem alluſio, quem canunt poetæ cœlum humeris ſuſtinere: unde Virg. 4. Aeneid.

„ iamq. uolans apicem, & latera ardua cernit.

„ Atlantis duri, cœlum, qui uertice fulcit.

& alibi in eodem.

ybi maximus Atlas

„ Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum.

„ Prætura, &c.

De Pretura, vide Feneſtellam de magiſtratibus; Pomponium Lætum, Blondum in Roma Triumph. &c.

Locus Topicus.

A ſubiectis —— P. Clodius, &c. —— Lege enim petebant Rom. magiſtratus.

Figuræ ſententiarum.

Hypothipoſis —— deſcribit profectò negotium ſic, ut totum geri à Clodio uideatur, ſecundum ANTE, & IN.

Figuræ uerborum.

Metaphora — ad dilacerandam Remp.

Figuræ ſtructuræ.

Traductio — Prætura — Preturam.

Paria paribus — Plenum — integrum — 2.

Mancam — debilem — 2.

Annominatio per additionem ſyllabæ COM. —— competitores, petitionem.

Similiter deſinens —— ipſe ſolus etiam inuitis illis gubernaret,

- tota, ut comitia ſuis, ut dictitabat, humeris ſuſtineret.

Collocatio verborum varia, & continua —— conuocabat tribus —— uerbũ eſt in principio.

ſe interponebat — uerbum eſt in fine.

delectum perditiſſimorum ſcribebat ciuium —— verbum eſt in medio.

„ Quanto ille plura miſcebat, &c.

Quum intellexiſſet Clodius Milonem Conſulem futurum; cœpit apertè dicere,

cere, occidendum Milonem.

„ Homo ad omne facinus paratiſsimus, &c.

Requiritur etiam in narratione, ut ſit dilucida: ſed quia dilucidìtas præcipue perſpicitur in oratione non perturbata; ideò hic plura ſuperlatiua poſuit; ut ſibi ad inuicem reſponderent; & non perturbaretur oratio modò poſitiuis, comparatiuis modò; modo ſuperlatiuis.

„ homo ad omne facinus paratiſſimus,
„ fortiſſimum uirum,
„ inimiciſſimum ſuum,
„ certiſſimum Conſulem.

Locus Topicus.

A pronuntiatis —— apertè dixerat Milonem occidendum.

Figuræ ſententiarum.

Præmunitio —— „ vbi uidit homo ad omne facinus paratiſſimus, &c.
His, quæ dicturus erat præmuniuit:
„ palàm agere cœpit, & apertè dicere occidendum Milonem.
vt viderentur probabiliora.

Figuræ uerborum.

Metaphorę —— Quanto ille plura MISCEBAT, —— metaph.
tanto hic magis in dies CONVALESCEBAT. — metaph.

Figurę ſtructurę.

Similiter deſinentia —— Quanto ille plura miſcebat,
Tanto hic magis in dies conualeſcebat.

Paria paribus —— ſermonibus —— ſuffragiis. 2.
palàm —— apertè. 2.
agere —— dicere. 2.

„ ſeruos agreſtes, & barbaros, &c.

Quòd ex Apennino ſeruos agreſtes, & barbaros deduxerat, homines perditiſſimos.

Probabilis etiam narratio eſſe debet: ſed quum miſcere uera cum probabilibus, reddat narrationem probabiliorem; propterea addidit;

„ quos uidebatis.

Locus Topicus.

A deſtinatis —— ſiquidem hos ſeruos agreſtes, & barbaros ad hunc finem compararat; ut. ſ. Milonem interficeret.

Figuræ ſententiarum.

Deſcriptio —— qua Clodij conatum deſcribit.

Figuræ

Figuræ ſtructuræ.

Similiter deſinentia — quibus ſyluas publicas depopulatus erat, Hetruriamq. uexarat, ex Apennino deduxerat.

Res erat minime obſcura, &c.

Quoties, ubi, & apud quos dixerit Clodius Milonem occidendum, hic enarrat: ſed quum narratio ſit ſeminarium argumentorum, & confirmatio meſſis; ſemina probationis dicti Clodij iacit; ut vberiorem ſuo loco fructum colligat.

Adhęc, conſiderandum eſt, quòd quum quęratur de facto, & ſtatus controuerſię coniecturalis ſit; plura (ut apud auctorem ad Herennium legitur) deſeruiunt ad ueritatem detegendam; & prælertim, ſi quid reus ante factum dixerit. Iccirco, quæ dixerit Clodius ante factum, in medium affert.

Probabile in omnibus periodi huius uerbis emicat.

„ Quinetiam Fauonio, &c.

Hic Fauonius, fuit M. Fauonius M. Catonis perfamiliaris, atque ęmulus. Vide Plut. in uita Cato.

Locus Topicus.

A pronunciatis — repetitionem dicti Clodij de occidendo Milone complectitur.

Figuræ ſententiarum.

Mimiſis, ſiue imitatio morum — Palàm dictitabat — & reliqua uſque ad finem periodi.

Figuræ verborum.

Metaphoræ — Obſcura,
Eripi, &c.

Figurę ſtructuræ.

Conuerſio — conſulatum Miloni eripi non poſſe, vitam poſſe.

Vide quęſo, quàm appoſitè, quàm cumulatè, quamq. plenè dictũ Clodij amplificarit — „ etenim — hęc pars orationis uim habet affirmandi.
„ palàm — non clam.
„ dictitabat — uſus eſt frequentatio.
„ ſignificauit hoc — addit.
„ ſæpe — & ſatis ſemel fuiſſet.
„ in Senatu — hoc eſt in loco ampliſſimo.
„ dixit — magis eſt, quàm ſignificauit.
„ in concione — non aliquot audientibus; is enim locus celeberrimus erat: ideſt toto populo Romano audiente.

„ quinetiam — alia additio.
„ Fauohio — à teſte.
„ fortiſſimo uiro — à teſtis auctoritate.

„ Interim quum ſciret Clodius &c.

Quid egerit Clodius, ut tempus, utq; locum idoneum aucuparentur.
Hac pariter in narratione ſuſpicionum ſemina de arte iniiciuntur à profectione Clodij.
Probabilitas magis magisq. coaleſcit; ex dictionibus litteræ;

iter
ſolemne,
legitimum,
neceſſarium &c.

„ Iter ſolemne.

Quia ad certum anni tempus, ideſt die 21. Februarij, ni fallor.

„ legitimum

Nam lege conſtitutum erat.

„ neceſſarium

Quòd Dictatori hoc onus incumbebat: & erat Dictator Lanuuij Milo.

„ Lanuuium.

Oppidum, quod Diomedes in Italia ędificauit; diſtans ab Vrbe mill. paſſ. xiij. & ſtad. iij.

„ ad Flaminem prodendum.

Flamen ſacerdos Iouis ——— de quo lege multa apud Blond. in Roma Triumph. lib. 1; & ſcitu digna.

„ ut concionem turbulentam. &c.

Eodem die Q. Pompeius Trib. Plebis, & inimicus Milonis, turbulenter concionatus eſt; & C. quoque Salluſtius.

Locus Topicus.

Senſa huius periodi ex duobus locis ſumuntur; ex tempore, & ex loco.
ex tempore ——— ante diem xiij. Calen. Febru. &c.
ex loco ——— ut ante ſuum ſundum (quod re intellectum eſt) Miloni inſidias collocaret. &c.

Figuræ ſententiarum.

Cronographia ——— Iter ſolemne, legitimum, neceſſarium ante diem xiij. Calen. Februarij &c.
Topographia ——— Vt ante fundum &c.

Figurę ſtructurę.

Conſecutiones ——— ſciret ——— ſcire

Furor —— reſpondens uerbo fureret præce-
dentis periodi &c.
relinqueret —— reliquiſſet.

„ Milo autem cum in Senatu &c.

Extennatur ſuſpicio ex parte Milònis ab eius mòra, atque ſimplicitate; & factùm narratur ſic, ut facilè quiuis ſibi perſuaderi poſſit, Clodium iter illud ad cædem faciendam apparaſſe.

Pręcipiunt Rhetores, ut defenſores narrationes faciant ſimplices; hac de cauſſa Cicero, qui defendit Milonem; quum ad Milonis acta peruenerit; illa ipſa ſimpliciter enarrat. In huius reliquo narrationis id perſpicitur.

Vide ſimplicitatem miram, & moram Milonis in contextus uerbis.

„ Milo autem cum in Senatu fuiſſet: non in armorum apparatu.
„ Eo die —— non pridie – non ſuperioribus diebus.
„ quoad Senatus dimiſſus eſt —— non parumper.
„ domum uenit —— non aliò.
„ calceos mutauit —— non ante mutarat, quod feciſſet, ſi Clodium interficere decreuiſſet; & in Senatu non fuiſſet &c.
„ & ueſtimenta —— Hæc omnia moram trahunt.
„ paulìſper commoratus eſt —— aliam moram affert.
„ dum ſe uxor (ut fit) comparat —— explicat genus moræ — dum expectaret uxorem ſe comparantem.

„ Dum ſe uxor, (ut fit.)

Vxor Milonis appellabatur Fauſta, & erat filia L. Syllę.

„ Deinde profectus eſt id temporis.

Auctor ad Herennium ſcribit Conſtitutionis conięcturalis rationem in ſex partes diſtributam eſſe; probabile: collationem: ſignum: argumentum: conſecutionem: approbationem. Sed ut cæteras dimittam; ſignum, per quod oſtenditur idonea perficiendi facultas eſſe quęſita; diuiditur in ſex partes; locum, tempus, ſpatium, occaſionem, ſpem perficiendi, ſpem celandi: Hæc quodlibet factum coniecturale comitari aſſolent: & ſi poteſt defenſor probare hoc, uel illud non adfuiſſe; ualde imminuitur ſuſpicio; ſed præſertim, quum probatur ſpatium ſatis lõgum fuiſſe, aut non fuiſſe ad rem tranſigendam. Hic probat ſpatium tam longum fuiſſe, ut Clodius Romam redire potuiſſet, antequam Milo Roma diſceſſiſſet. Et ſi parui refert (ut in 2. lib. ad Heren.) ſatis ſpatij fuiſſe ad id perficiendum, ſi id ante ſciri, & ratione prouideri non potuerit; Milo non poterat animum Clodij tenere de reditu; ergo nec ſcire, nec ratione prouidere ſpatium.

„ Obuiam

„ Obuiam fit ei Clodius &c.

Argumentum à perſona Clodij, quòd fuerit inſidiator: nam ſi duo inter ſe inimicitias exercent; qui illorum prior fit obuiam inimico, animo iratior eſt; & præ ſe fert ſtudium nocendi: uel aliquid aliud huiuſmodi. Hic prior Clodius.

„ Obuiam fit ei Clodius.

Aduentus Clodij inuſitatus, & ex omni parte ſuſpicionis plenus: ideſt is, ut Clodium ante apparaſſe hanc cędem uideatur. Hoc ſequentia uerba indicant: ——— ——— expeditus

„ in equo,
„ nulla rheda,
„ nullis impedimentis;
„ nullis Græcis comitibus, ut ſolebat,
„ ſine uxore, quod nunquam ferè.

„ cum hic inſidiator, &c.

Aduentus Milonis totus ſimplex, & citra apparatus ſuſpicionem. Id, quę ſequuntur uerba demonſtrant.

„ cum uxore ueherentur in rheda,
„ penulatus,
„ vulgi magno impedimento,
„ ac muliebri,
„ & delicato ancillarum puerorumq. comitatu.

Vtriuſque aduentus, Collatio dici poteſt; ex qua collatione colligitur uter fuerit inſiadiator.

„ Ante fundum eius, &c.

Appellabant Albanum, & uiam Appiam attingebat.

Ex loco pręterea ſumitur argumentum Clodium inſidiatorem fuiſſe; quum locus facti eſſet ante fundum Clodij: nam ſi quam pugnam aliquis pertentat; commodius ſanè id exequitur, in, uel ante ſuum fundum; quàm in alieno, uel ante alienum.

„ hora ferè undecima.

Hoc tempus intelligere debemus, ſecundum diem Romanum; qui incipiebat à media nocte; & protendebatur ad aliam mediam noctem.

„ ſtatim complures cum telis.

Factum graphicè narratur: & fidelitati ſeruorum totum attribuitur.

„ Hęc ſicut expoſui, &c.

Apud auctorem ad Heren. lib. I. inter cætera pręcepta, quomodo rem breuiter narrare poterimus, hoc emicat:

„ & ſi non ad extremum, ſed uſque eò, quò opus erit proſequemur.

Ideo

Ideo ad breuem narrationem conficiendam; quæ poſt factum cōſecuta ſunt, omiſit; hęc ſanè in quęſtionem non ueniebant: ſed factum a quo factum: & proſecutus eſt ipſam narrationem vſque eò, quò opus erat ad Clodium onerandum.

Locus Topicus.

Ab Actis.

Figuræ ſententiarum.

Hypothipoſis — Factum enim deſcribitur tanta orationis fellicitate, ut geri penè ob oculos conſpiciatur.

Figuræ ſtructuræ

Conſecutio — rheda — rhedarium, penulatus — penula

Repetitio — partim recurrere ad rhedam, ut à tergo Milonem adorirentur: partim, quod hunc iam interfectum putarent &c.

Conuerſio — qui poſt erant; ex quibus, qui animo fideli in dominum erant;

Similiter deſinens — Milonemq. occiſum etiam ex ipſo Clodio audirét, & ita eſſe putarent.

Similiter cadens — neque imperante, neque ſciente.

Syllabica annominatio — ui uicta uis.

Adiunctio — Inſidiator ſuperatus, ui uicta uis, uel potius oppreſſa uirtute audacia eſt. Verbum, eſt, adiungitur etiam duabus clauſulis præcedentibus.

„ Nihil dico quid Reſp.

Tranſit ad Confirmationem, quę præcipua orationis pars eſt: ſed ſtatim in principio pertētat animos iudicū; & illos aucupari utilitate contēdit. Vtilitas proponitur ab eo communis ex morte Clodij tantùm: Et beneuolentiam Miloni conciliari ſtudet mirificis eius laudibus. Qui tranſitus dubio procul eſt obſeruatione dignus: neſcio enim quo pacto Confirmationi animam addit: quare fit robuſtior, & firmior.

Locus Topicus.

A conſequentibus — Nihil dico quid Reſpublica conſecuta ſit; nihil quid uos; nihil quid omnes boni.

Figuræ ſententiarum.

Occupatio — Nihil dico quid Reſpublica &c. — Diſſimulat ſe non dicere; dicit tamen.

Figuræ

Repetitio —— Nihil dico, quid Reſpublica conſecuta ſit,
Nihil, quid nos;
Nihil, quid omnes boni.

Continuatio ——— ſeruare &c.
ſeruaret.

„ Si id iure non poſſet &c.

Facit fundamentum quæſtionis, proponendo ſtatum illius; iure ſcilicet Clodium occiſum fuiſſe.

Sed tot tantisq. illud confirmat præſidijs; antequam ad probationes, ſiue argumentationes deſcendat; ut reddatur firmiſſimum.

Incipit à negatione; quam occulta quadam uia diluit, & remouet.

Sequitur deinde ab affirmatione; quam ſtabilem remanere facit per amplificationem.

Negatio eſt ——— ſi id iure non poſſet, nihil habeo, quod defendam,
Affirmatio uerò —— ſin hoc &c.
Amplificatio ——— ſin hoc & ratio doctis, & neceſſitas Barbaris, &
„ mos gentibus, & feris natura ipſa præſcripſit, ut
„ omnem ſemper uim, quacunque ope poſſent, à
„ corpore, à capite, à uita ſua propulſarent.

Quatuor ponuntur, quæ præſcribunt omnem ſemper uim, quacunque ope propulſari poſſe: hoc eſt

1 ratio,
2 neceſſitas,
3 mos,
4 natura.

Quorum unum ſatis eſſet: ergo magis quatuor coaceruata.

Adde, quod ab iniquitate probat non poſſe iudices, non probum illud facinus iudicare: quare hoc iniecto fręno, cogit illos Milonem abſoluere; uel in iniquitatem labi: quam fugere tanquam ſcopulum iudices prorſus debent.

Locus Topicus.

A pronuntiatis.

Figuræ ſententiarum.

Apophaſis —— —— ſi id iure non poſſet, nihil habeo, quod defendam: ſin hoc &c.

Expolitio etiam ——— à corpore, à capite, à uita: idem nanque ſignificant.

Figuræ ſtructuræ.

Paria paribus —— 1 ratio. 2 neceſſitas. — 3 mos. 4 natura.
1 doctis. 2 barbaris. — 3 gentibus. 4 feris.

Similiter

Similiter cadens — & ratio doctis,
& neceſſitas barbaris,
& mos gentibus.
Diſſolutio — à corpore, à capite, à uita.
Continuatio eiuſdem uerbi — iudicare,
iudicetis.
» quod ſi ita putaſſet, &c.
Concluſio huius periodi hęc eſt;
Optabilius Miloni fuiſſet dare iugulum P.Clodio — Eius igitur nomen eſt optio.
Concluſio huiuſmodi ſic ad ſyllogiſmum reducitur:
Id, quod eſt tolerabilius, optabilius eſt:
Sed tolerabilius eſt dare ſe iugulandum hoſti, quàm iudicibus.
Ergo Miloni dare ſe iugulandum P.Clodio, optabilius fuiſſet, &c.
Maior patet.
Minor à Cic. Sic probatur — quia ſe illi non iugulandum tradidiſſet.
Ideſt neceſſitate id fieret; non uoluntate.
Amplificatur optio ab actis Clodij; ut eius iniquitas expreſſius deſcribatur — » certe optabilius Miloni fuit dare iugulum P. Clodio non ſemel ab illo, neque tum primum petitum.

Locus Topicus

A comparatis — certe optabilius Miloni, &c.

Figuræ ſententiarum.

Permiſſio — dare iugulum P.Clodio.

Figurę ſtructuræ.

Conſecutio — iugulum — iugulari.
Continnatio eiuſdem uerbi — Iugulandum — iugulari.

Figuræ numeri.

Spondeus in principio — quod ſi ——
» ſin hoc nemo veſtrum ita ſentit, &c.
Probando concluſionem; ſtatum cauſſę; hoc eſt, quæſtionem diſputandam exprimit.
Argumentatio eſt oppoſitio, qua ex oppoſito propoſitionis, ad ipſam propoſitionem reuertimur:
» ſin hoc nemo ueſtrum ita ſentit: illud iam in iudicium uenit,
» non occiſus ne ſit, quod fatemur: ſed iure, an iniuria, quod
» multis antea in cauſſis iam quæſitum eſt.

Locus Topicus.

A ſpecie —— ſed iure — ergo ſpecies cauſſæ iuridicialis eſt.

Figuræ ſententiarum.

Antitheſis.

Figuræ ſtructuræ.

Similiter deſinens —— ſin hoc nemo ueſtrum ita ſentit.
illud iam in iudicium uenit.

Antitheta —— iure,
iniuria.

„ Inſidias factas eſſe conſtat.

Repetendo, quas ſuperius diluerat, obiectiones aduerſariorum; deſcendit commodè ad quęſtionis conſtitutionem.

Statim in principio nomen facti ponere, artis eſt; ſi de facto controuerſia non eſt.

„ Inſidias factas eſſe conſtat, &c.

Hæc habet principium: & nomen facti, inſidię ſunt.

Probat conſtitutionem cauſſæ iuridicialem eſſe; ſed hac in probatione conſtitutionum diſpoſitionem ſequitur: hoc pacto conſtitutiones diſponuntur:
1. Coniectura:
2. Definitio:
3. Qualitas —— ſub iſta, iuridicialis.

1. Coniectura de facto quærit: at hic factum fatentur aduerſarij: legitur enim:
„ Inſidias factas eſſe conſtat.

2. Definitio nomen quærit: nomen pariter hic non negatur; ſed datur:
„ Inſidias, &c.

3. Relinquitur ergo qualitas; quæ conſtitutionem cauſſæ iuridicialem eſſe oſtendit.

Si mauis argumentationem conficere; hac potes uia.

Quælibet cauſſarum conſtitutio uel eſt Coniecturalis, uel Definitionis; uel Qualitatis:

Sed hæc cauſſę conſtitutio neque eſt coniecturalis, neque definitionis: Igitur, Qualitatis.

Quòd non ſit coniecturalis: probat littera
„ Inſidias factas eſſe conſtat.

Quòd non ſit Definitionis; ſimiliter littera comprobat per dictionem illam.
„ Inſidias.

Ergo ſtat propoſitum; quòd Qualitatis ſit.

„ Inſidias factas &c.

Locus Topicus,

A pronuntiatis —— quod Senatus contra Remp. factum eſſe iudicauit &c.

Figurę

Figurę ſententiarum.
Propoſitio —— Inſidias factas &c.

Figuræ ſtructuræ.
Continuatio eiuſdem uerbi —— —— —— —— —— { factas factum factæ.
Iteratio —— Inſidias factas E S S E conſtat:
&id eſt, quod Senatus contra Remp. factum ESSE &c.
Conuerſio —— —— —— ab utro factę ſint, incertum eſt:
de hoc igitur latum eſt.

„ Ita & Senatus &c.
Locus Topicus.
Ab Actis —— Ita Senatus rem, non hominem notauit: & Pompeius de iure, non de facto quæſtionem tulit.

Figurę ſententiarum.
Digeſtio —— digerit actiones ſecundum dignitatem perſonarum; uidelicet.
„ Senatus rem, non hominen notauit:
„ & Pompeius de iure, non de facto quęſtioné tulit.

„ Num quid igitur &c.
Locus Topicus.
A contingentibus.
Figuræ ſententiarum.
Expoſitio per interrogationem —— Num quid igitur aliud &c.

Figuræ ſtructuræ.
Traductio —— —— —— hic —— huic.
illi —— ille.

„ Quonam igitur pacto &c.

Perdifficile ſanè erat probare Clodium inſidias feciſſe Miloni; quia non eſt hominis ſcrutari animos; & hoc inſidiarum factum ab animo Clodij emanabat. Si animus Clodij conſiderandus eſt; in hac parte fit coniecturalis quęſtio: ergo, ex conſtitutione coniecturali argumentationes deprompſit; & illius præceptis uſus eſt. Quòd res ſic ſe habeat; probatur ex his, quę leguntur lib. 2. Rhet. ad Heren. in principio; ubi hæc ſcripta leguntur.

„ Huius conſtitutionis ratio in ſex partes eſt diſtributa, probabile, collationem, ſignum, argumentum, conſecutionem, approbationem. Probabile eſt, per quod probatur expediſſe reo peccare, & à ſimili turpitudine hominem nunquam abfuiſſe. Id diuiditur in cauſſam, & in uitã. Cauſſa eſt ea, quæ induxit ad maleficium commodorum ſpe; aut incõmodorum euitatione. &c.

A cauſſa incipit; & oſtendit commodorum ſpe, & incommodorum euitatione impulſum eſſe Clodium ad inſidias in Milonem.

Animaduertendum eſt; quòd, qui orat contra aliquem, uel eſt aduerſarij inimicus; uel nulla in eum maleuolentia ſuffuſus; ſi inimicus; cōuirijs, & contumelijs ipſum afficit aduerſarium: cumq. hic Cic. & orator, & inimicus ſit Clodij; propterea eum uocat belluam dicendo.

„ Tam neſaria bellua docere &c.

Alibi; peſtem nominat; aliter, alibi.

Locus Topicus.

A cauſſa — — „ Magnam ei cauſſam.

Figuræ ſententiarum.

Propoſitio — „ Quonam igitur pacto probari poteſt &c.

Figuræ ſtructurę.

Repetitio — — — Magnam ei cauſſam,
Magnam ſpem &c.

„ Itaque illud Caſſianum &c.

Locus Topicus.

A pronuntiatis — Cui bono fuerit, in his perſonis ualeat. &c.

Figuræ ſtructuræ.

Diuiſio — tangit. n. quibus cauſſis boni prohibeantur; & quibus mali ad maleficiū impellantur: quare patet diuiſio perſonarū.

„ Et ſi boni nullo emolumento impelluntur in frau
„ dem: improbi ſępe paruo,

Figurę ſtructurę.

Antitheton — Boni
Improbi.

„ Atqui Milone interfecto.

Locus Topicus.

A cauſſa — Clodius hoc aſſequebatur non modo, ut Prætor eſſet &c.

Figuræ ſententiarum.

Ratiocinatio — Quibus, ſi non adiuuantibus, at conniuentibus &c.

Figuræ ſtructuræ

Iteratio eiuſdem uerbi — ut Prætor ESSET;
ut his Conſulibus Prætor ESSET.

Alia Iteratio — reprimere POSSENT,
fortaſſe uix POSSENT &c.

Metaphora

Metaphora —— —— conniuentibus,
eludere,
furoribus,
frangere,

Traductio —— —— —— ILLIS ſuis cogitatis furoribus, cuius ILLI conatus.

A principio periodi —— „ Quonam igitur pacto — uſque ad — „ An uero iudices &c.
ſyllogiſmus apparet.

Propoſitio —— Quonam igitur pacto, per totam hanc periodum.
Ratio —— —— Itaque illud Caſſianum: Cui bono fuerit &c.
Concluſio —— Atqui Milone interfecto per totã pariter periodũ.

„ An uerò iudices &c.

Inuehitur in leges à P. Clodio conſcriptas, antequam Præturam adipiſceretur; & uocat illas faces urbis, & peſtes Reip.

Hæc tota exaggeratio eſt per expolitionem: expolitio ex eo internoſcitur; quod idem crebrò dicit; aliud autem ſe dicere ſimulat.

Locus Topicus.

A pronuntiatis —— inuehitur enim in leges Clodianas: & leges à pronuntiatis difluunt.

Figuræ ſententiarum.

Sciſſitatio; cui adiacet expolitio. De expolitione actum eſt ſuperius: Sciſſitatio uerò hæc eſt —— „ An uerò Iudices uos ſoli ignoratis? uos hoſpites in hac urbe uerſamini? ueſtrę peregrinantur aures? &c.

Figuræ verborum.

Metaphorę —— —— —— peregrinantur aures:
peruagato ciuitatis ſermone:
faces urbis:
peſtes Reip.
Impoſiturus,
Inuſturus.

Figurę ſtructuræ.

Correctio —— quas ille leges (ſi leges nominandę ſunt, at non faces &c.

„ Exhibe quęſo Sexte Clodi &c.

Sextum Clodium acerrime inſectatur.

Hic fuit P. Clodi ſcriba, aſſecla, helluo, ſceleſtus, perditus, male conciliatus, fœde libidinibus conſpurcatus: Cui lege ſua Clodius omnium horreorum claues tradiderat.

Tan-

Si quærimus alluſionem huius rei: uel alludit Poetę, qui aſſerit Aeneam illud ſuſtuliſſe: uel hiſtorię Romanę, ubi legimus Q. Metellum Pontificem Max. ex incendio ędis Veſtæ Palladium eripuiſſe: uel ex hiſtoria Dyctis Cretenſis, qui ſcribit Vlyſſem, & Diomedem Antenoris opera illud ipſum Palladium abſtuliſſe: quo ablato ciuitas Troiana capi poterat.

Locus Topicus.

A cauſſa ——— ait profecto Sex. Clodium eripuiſſe Palladium, ut munus, ac inſtrumentum Tribunatus ad aliquem; ſi nactus eſſet, qui ſuo arbitrio Tribunatum gereret, deferre poſſet.

Figuræ ſententiarum.

Apoſtrophe ——— Exhibe quęſo Sex. Clodi &c. — quoniam ad Sex. Clodium ſermonem conuertit.

Figuræ verborum.

Metaphora ——— Eripuiſſe &c.
Ironia ——— vt PRAECLARVM &c.

Figuræ ſtructuræ.

Repetitio ——— Exhibe quæſo Sex. Clodi,
Exhibe librorum &c.
Similiter deſinens ——— ac inſtrumentum Tribunatus ad aliquem, ſi nactus eſſes,
qui tuo arbitrio Tribunatum gereret, deferre poſſes.
Traductio ——— ac inſtrumentum TRIBVNATVS &c.
qui tuo arbitrio TRIBVNATVM &c.

„ Et aſpexit me, &c.

Digreſſio ironica, ut inuehatur acrius in Sex. Clodium.

„ mouet me quippe lumen curiæ, &c.

Hoc dicit, quoniam corpus P. Clodij iacebat in Curia, quam Sex. Clodius ad excitandam ſeditionem incenderat.

Locus Topicus.

Ab actis ——— „ Et aſpexit me, &c.
„ mouet me, &c.
„ crudelius punitus es, &c.

Figurę

Apoſtrophæ ad iudices —— „ & aſpexit me quidem illius oculis, &c.
cui annectuntur
Irriſio —— „ Mouet me quippe lumen curiæ, &c.
&
Interrogatio —— „ Quid?
„ tu me iratum Sexte putas tibi?
„ cuius tu inimiciſſimum multo
„ crudelius etiam punitus es, quàm
„ erat humanitatis meę poſtulare?

„ Tu P. Clodij cruentum, &c.
Amplificat per congeriem facta Sex. Clodij.

„ Tu ſpoliatum imaginibus.
In funebri pompa Romani deferebant maiorum ſuorum imagines.

„ Laudatione.
Laudatiuis namque orationibus memoriam mortuorum excolebant.

„ ſemiuſtulatum, &c.
Romani, & Galli corpora mortuorum in cinerem redigebant.

„ neceſſario.
Quod caſu factum uidebatur; probat fato occidiſſe.

Locus Topicus.

Ab Adiacentibus —— ſtudet crudelitatem Sex. Clodij expromere, cum Clodij cruẽtũ cadauer eiecerit domo: canibus dilaniãdũ relinquerit, &c. ſed crudelitas adiacens eſt: ergo &c.

Figuræ ſententiarum.

Sarcaſmos —— nempe hæc omnia per irriſionem dicta ſunt; ſed pungunt: & præſertim dum dicit.
„ ſemiuſtulatum, &c.

Figuræ uerborum.

Metaphora —— crudelitatem EXPROMPSISTI, &c.

Figuræ ſtructuræ.

Repetitio —— Tu P. Clodij cruentum cadauer eieciſti domo:
Tu in publicum eieciſti:
Tu ſpoliatum, &c.
Diſſolutio —— tu ſpoliatum imaginibus, exequiis, pompa, laudatione, &c.
Conſecutio —— Laudatione,
Laudare non poſſum.

Similiter

Similiter deſinens — Tu in publicum eieciſti,
noctuꝛnis canibus dilaniandum reliquiſti,

„ P. Clodij Præturam, &c.
Probat nihil prodeſſe; ſed obeſſe P. Clodij mors Miloni.

Locus Topicus.

A contingentibus — Probationes enim uerisimiles ab hoc fonte cadunt.

Figuræ ſententiarum.

Commoratio — ſuperius quoque dixit — „ non eo Conſule, quo ſceleris nihil facere poſſet, &c. hic uerò — niſi eſſet is Conſul, qui eam auderet, poſſe tq. confringere.

Figuræ uerborum.

Metaphora — confringere, &c.

Figuræ ſtructuræ.

Annominatio cum interuallo — { motu. / metu.

,, At non P. Clodio, &c.
Gloriam amiſſam Milonis deplorat.

Locus Topicus.

Eſt ab adiacentibus; quia agit de gloria amiſſa, & gloria adiacens eſt: ſed adiacens abſtractum. Id dico, quoniam ex adiacentibus, quædam deriuantur à nominibus concretis, ut ab igne, igneum; & ab aqua aqueũ: quædam à nominibus abſtractis, ut à gloria, glorioſus; a fortitudine, fortis. Quare horum, quędam ſunt fundata in prædicamento ſubſtantiæ, ut igneum, aqueum: & quędam in prędicamentis accidentium, ut gloria, glorioſum; fortitudo, fortis. Patet hoc in Denominatiuis apud Logicos; & adiacentia denominationem faciunt: quod cognoſcitur ex definitione Adiacentis apud Rodulph. Agr. lib. 1. de inuentione Dialectica; ubi adiacens ſic definit — Adiacens eſt modus rei inexiſtens, quo aliquid aliud, quàm ſecundũ ſubſtantiæ ſuę denominationẽ res uocatur.

Figurę ſententiarum.

Occupatio — At non P. Clodio mortuo vſitatis iam, &c.
Ironia quoque ineſt —

Figurę verborum.

Metaphorę — 1 Frangendis furoribus, &c.
2 Iam morte Clodij cęcidit.
3 Fontem perennem glorię ſuæ prodidit.

Sed

Sed cum metaphoræ quinque modis fiant.

1 De animato ad animatum; ut uolat homo.

2 De inanimato ad inanimatum; ut ripæ flumen compeſcunt.

3 De animato ad inanimatum; ut rident flores.

4 De inanimato ad animatum; ut uagina membrorum.

5 De proximo, ad idem indiuiduum; ideſt cum transferimus, quod eſt unius membri, ad aliud membrum eiuſdem indiuidui; ut loqui, aut tacere, ad oculos.

metaphora in primo exemplo Ciceronis eſt ſecundæ ſpeciei.
metaphora in ſecundo, eſt ſecundæ.
metaphora in tertio, eſt quoque ſpeciei ſecundæ; nam fons eſt inanimatus, & gloria inanimata; ut gloria, & furor in primo.

Figuræ ſtructuræ.

Conſecutio —— metueretis; quod reſpondet dictioni poſitæ ſupra, metu.

Itaque Milonis Conſulatus.

Hæc periodus eſt concluſio propoſitionis: quòd mors P. Clodij non proſit; ſed obſit Miloni.

Locus Topicus.

A conſequentibus —— itaque Milonis Conſulatus, qui uiuo Clodio labefactari non poterat; mortuo denique tentari cœptus eſt.

Figuræ ſententiarum.

Acclamatio —— non modo igitur nihil prodeſt; ſed obeſt etiam P. Clodij mors Miloni.

Figuræ verborum.

Metaphora —— —— Labefactari.

Figuræ ſtructutæ.

Antitheton —— nihil prodeſt,
ſed obeſt.

Figuræ numeri.

Diſpondęus —— mōrs Milōnī.

At ualuit odium. cum ſequenti periodo, & altero.

Diluit obiectionem ualuiſſe odium Milonem apud: & nullum fuiſſe in Milone; at in Clodio maximum declarat.

Qui maiori afficitur odio, is maiora delabitur in ſcelera:
Sed Clodius maiori afficiebatur odio ——
ergo
In maius eſt ſcelus delapſus Clodius.

Quòd Clodius maiori afficeretur odio, quàm Milo probatur: ſic, inuicem collatis perſonis.

Milo —————————— Clodius

Milo			Clodius
orationis uerba —	Quid.n.odiſſet Clodiũ Milo, ſegetem, ac materiam ſuæ gloriç? Prçter hoc ciuile odium, quo omnes improbos odimus? Reliquum eſt, ut iam illũ natura ipſius, conſuetudoq. defendat. In perſona Milonis, aut nullum: aut puſillum ex his fuiſſe conſtat.	verba ex oratio deprompta —	Ille erat, ut odiſſet primum defenſorem ſalutis meæ: Deinde vexatorem furoris, Domitorẽ armorũ ſuorũ: Poſtremo, accuſatorẽ ſuũ. Reliquum ẽ, ut iam illum natura ipſius, conſuetudoq. defendat: hunc autẽ hçc eadem coarguant. In perſona Clodij maximũ odium exarſiſſe liquet ex cauſſarum collatione vtriuſque.

At ualuit odium &c.

Locus Topicorum.

A cauſſa — ſiquidem odium eſt cauſſa impulſiua ad ſcelera.

Figurç ſententiarum.

Obiectio — „ At ualuit odium, &c.

Figuræ Verborum.

Metaphora — „ Segetem, ac materiam gloriç ſuæ.

Figurç Structuræ.

Repetitio — fecit iratus,
fecit inimicus.

Iſocola — at ualuit odium,
fecit iratus,
fecit inimicus,
fuit ultor iniuriç,
punitor doloris ſui.

Conſecutio — — — odium
odimus.

Sonoritas mira orationis exauditur ex uerbis ſonoris, quibus membra huius periodi reſonant: ſonora autem uerba hæc ſunt.

defenſorem, — primum defenſorem ſalutis meę:
uexatorem, — deinde uexatorem furoris:
domitorem, — domitorem armorum ſuorum.
accuſatorem — poſtremo etiam accuſatorem ſuum.

„ Reus enim Milonis lege, &c.

Ex accuſatione Milonis conflatum odium probat duobus argumentis:
Alterum ex tyrannide:

1 ex tyrannide:
Quælibet accuſatio ſibi conciliat odium; magis uerò quę infertur tyranno:
Sed Milo accuſauit Clodium tyrannum — ergo.

2. ex iniuſtitia:
Quodlibet odium in iniuſto homine iuſtum eſt:
Sed hoc odium erat in Clodio homine iniuſto: — ergo.

1. Verba orationis ſic ſe habent, quoad primam concluſionem —
„ quo tandem animo hoc tyrannum tuliſſe creditis?

2. Eiuſdem autem orationis uerba, quo ad ſecundam, ſic pariter ſe hñt:
„ quantum odium illius; & in homine iniuſto, quàm etiam iuſtum eſſe?

Locus Topicus.

Ab Adiacentibus — quum odium Clodij exprimatur.

Figuræ ſententiarum.

Interrogatio — „ quo tandem animo hoc tyrannum tuliſſe creditis?
quantum odium illius; & in homine iniuſto, quàm etiam iuſtum eſſe?

Figurę ſtructuræ.

Antitheta — iniuſto, — & in homine iniuſto,
iuſtum. — quam etiam iuſtum eſſe.

„ Lege Plotia, &c.

Franciſcus Sylius ait M. Plotium Syllanum Tribunum Plebis Cn. Pompeo Strabone, & L. Portio Catone Coſſ. tres leges tuliſſe: quarum tertiam tantùm attingam, quę erat in eos, qui Remp. oppugnabant: Cumq. ſenatus ære publico Ciceronis domum edificandam decreuiſſet; Clodius illam ſaxis, ferro, ignibus uaſtauit. Milonem traxiſſe Clodium in iudiciū de ui: ex Plutarco in uita Ciceronis colligitur.

„ Reliquum eſt, ut &c.

Legitur apud iuriſperitos hoc — qui ſemel malus ſemper præſupponitur malus in eodem genere mali:

Sed Clodius ſæpe uim attulerat: probat ergo ab habitu, & ab anteacta uita; ideſt, à conſuetudine peccandi; credendum eſſe Clodium inſidias feciſſe.

Argumentum eſt à contrariis, & repugnantibus.

Ironice — Nihil per uim unquam Clodius; omnia per uim Milo.

Actiones repugnant.

Locus Topicus.

A repugnantibus —

Figuræ ſententiarum.

Ironia — Nihil per uim unquam Clodius; omnia per uim Milo. quæ uerba in contrariam ſententiam accipienda ſunt.

Figuræ ſtructuræ.

Antitheta — Nihil — nihil per uim unquam Clodius:
omnia — omnia per uim Milo.

Iteratio — Per uim — bis legitur hac in periodo.

„ Quid ergo iudices?

Quid intentarit Clodius; Cicero iracundia quadam uehementi concitatus, Iudicibus enarrat.

„ cum mœrentibus uobis, &c.

Id dicit, quoniam in periculis Ciceronis, præter Senatum, uiginti millia ueſtem commutarunt.

„ vrbe ceſſi.

Peruenuſte utitur hic uerbo Ceſſi; quòd non ſolùm ſignificet diſcedere; ſed etiam cedere; & quia tempori cedere, ideſt neceſſitati parere ſapientis ſemper eſt habitum; cum furori Clodiano paruerit; quòd eſt cedere; concinne rectèq. uſus eſt, CESSI; ut dixi.

„ non uim intentauit.

Intentare, eſt contra aliquem aliquid intendere; unde aurei illius ſeculi ſcriptores dixere: intentare arma alicui, certamen, faces ardentes, fulmen, gladios, manus, mortem, pœnas, ſecures, ſeruos, uim, uirgas.

Locus Topicus.

A cauſſa — ait cauſſam fuiſſe iniuſtam eiiciendi.

Figuræ ſententiarum.

Apoſiopeſis — iratus hæc Cicero profert; & reticentia, ſeu obticentia ira to conuenit — Quid ergo iudices? deeſt, addendum; uel aliquid aliud huiuſmodi. Huic figuræ affigitur ſciſcitatio — „ Quid ergo iudices? cum mœrentibus uobis vr „ be ceſſi, non ſeruos, non arma, non uim intentauit?

„ tentauit? quæ fuiſſet igitur cauſſa reſtituendi
„ mei; niſi fuiſſet iniuſta eiiciendi?

Figuræ ſtructuræ.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Iſocola — „ non ſeruos, .3.
non arma, .3.
Iteratio —— Quæ fuiſſet igitur cauſſa, &c.
niſi fuiſſet iniuſta, &c. —— bis uerbum fuiſſet iteratum eſt.

„ Diem mihi credo dixerat, &c.

Quòd ſeruorum, & egentium ciuium, ciues ſuis conſiliis, periculiſq. ſeruatos pro ſe obiici noluerit.

„ Diem mihi credo dixerat.

Diem dicere alicui; eſt conſtituere.

„ Actionem perduellionis intenderat.

Actionem perduellionis intendere; eſt accuſare læſæ Maieſtatis — Satis conſtat Clodium uocaſſe in ius Ciceronem, quòd ſumpſerit ſupplicium de coniuratis Catilinariis indemnatis ſecundum legem Semproniam in iuſſu Pop. Romani; damnatis uerò à Senatu. Vide Salluſtium.

„ Seruorum, & egentium.

De illis hominibus facinoroſis intelligendum eſt; qui partes Catilinarias ſecuti fuerant; & adhuc ſuperſtites erant.

Locus Topicus.

Ab antecedentibus — commemorat enim, quæ ſuum diſceſſum anteceſſerunt.

Figuræ ſententiarum.

Occupatio — „ Diem mihi credo dixerat, &c.
Irriſio, hanc ſubſequitur —„ in cauſſa, aut ueſtra mala; aut mea nec preclariſſima.

Figuræ ſtructuræ.

Similiter deſinentia —„ Diem mihi credo dixerat,
mulctam irrogarat,
actionem perduellionis intenderat.

„ Vidi enim, vidi, &c. ...ucia.

Exemplis Q. Hortenſij; & C. Vibieni Senatoris confirmat Clo...

„ Q. Hortenſium, &c. ...odus laudandi per bre...

Q. Hortenſium lumen, & ornamentum Reip. ſed imitatione digniſſimus.

„ Seruorum manu

Intelligit Catilinarios, ut ſupr...

Franciſcus

Franciſcus Syluius doctiſſimus uir arbitratur Hortenſium, & Vibienum hęc paſſos eſſe, in tumultu dato a nonnullis Senatoribus, qui e Senatu lacoris ueſtibus prorupere. Lege Plut. in uita Cic.

Locus Topicus.

Ab affectis — Vidi enim, uidi hunc ipſum Q. Hortenſium, &c.

Figurę ſententiarum.

Expoſitio — Hunc ipſum Q. Hortenſium, &c.

Figuræ uerborum.

Metaphora — ita eſt mulctatus, ut uitam amiſerit.

Figuræ ſtructuræ.

Repetitio — Vidi enim,
Vidi hunc ipſum Q. Hortenſium, &c.

„ Ita quoque quando illius poſtea ſicca illa, &c.

Concluſio, & congregatio criminum Clodij.

„ quam à Catilina acceperat.

Indicat Clodium in numero coniuratorum fuiſſe; & præcipue à Catilina dilectum.

„ nece Papirij cruentauit.

Papirius eques Romanus in uia Appia a Clodio interfectus eſt, cum Roma Cicero ceſſit.

„ conuerſa rurſus eſt in me.

Clodius perſecutus eſt Ciceronem, cum ſuis; ſed ueſtibulo M. Tetij Damionis ſe Cicero ſepſit.

„ me ad regiam penè confecit.

Regia erat in ſacra uia, quam coluerat Numa Pompilius.

Locus Topicus.

Ab effectu — ſiquidem, quæ Clodius effecit, refricat.

Figuræ ſententiarum.

Δεινωσις — nimirùm crimina intendit Clodio cum indignatione, iraq. & hoc nomine utitur Ariſtoteles lib. 2. Rhet. ubi de locis refellentibus agit. Hic Cic. hoc fungitur officio.

Figurę verborum.

Metaphora — Sica conquieuit, &c.
Hæc cruentauit, &c.

Figuræ ſtructuræ.

Traductio — Illius — illa

Repetitio

Repetitio — Hæc intentata nobis eſt, &c.
Hæc inſidiata Pompeio eſt: } HAEC ſępius repetitur.
Hæc iſtam Appiam uiam, &c.
Hęc eadem longo interuallo, &c.

„ Quid ſimile Milonis?

Confert innocentiam Milonis cum anteacta uita Clodij; ut inde firmior probabilitas exoriatur.

Arg. — Qui plures pluries occaſiones præclaras prætermiſit, noluit offendere:
Sed Milo plures pluries occaſiones prętermiſit:
Ergo.

Quòd Milo plures pluries occaſiones prętermiſerit; cognoſcitur in ſequenti periodo, quæ incipit
„ potuit ne, cum domum, ac Deos penates &c. lege periodum totam.

Locus Topicus.

Ab adiacentibus — uoluntas enim bona Milonis expreſſior fit: & uoluntas ineſt Miloni; & eum bonum reddit.

Figurę ſententiarum.

Collatio — eſt quippe Collatio innocentiæ Milonis.

Figuræ ſtructuræ.

Traductio — Vis — cuius uis omnis.
vi — vi oppreſſam ciuitatem.

„ Potuit ne, cum domum, &c.

Ab antecedentibus argumentando, innocentiam Milonis probat.
„ cum domum &c.

Pridie idus Nouembris Clodius cum plurimis armatis, Milonis domum, & Ciceronis expugnare, atque exurere uoluit: ſed Q. Flaccus hanc uim repreſſit, & aliquot peremit.

„ P. Sextio Collega, &c.

Statim poſt Clodium T. Ann. Milo. & P. Sextius fuere Tribuni.

„ vulnerato.

In templo Caſtoris P. Sextius ad 30. accepit uulnera.

„ nec Fabritio uiro, &c.

Hic in templum Caſtoris deduxit armatos.

Locus Topicus.

A contingentibus — quia agitur de his, quæ fieri poterant.

Sciſſitatio —— potuit ne, &c.

Figurę ſtructuræ.

Repetitio —— potuit ne cum demum, &c.
potuit ne Fabritio, &c.
potuit ne L. Cæcilij, &c.
potuit ne illo die, &c.

Similiter deſinentia —— facti illius gloriam libens agnouiſſet? ut etiam ſi id Milo feciſſet.

Atqui erat id temporis, &c.

Amplificat a perſonis reditū ſuum.ſ.a perſonis { P. Lentuli, Septem Prætorum, Octo tribunorum Plebis Cn. Pompeij.

Sed cum laus ſit amplificationibus congrua, propterea hic laudat perſonas, quas nominat.

Laudat P. Lentulum ſic —— „ clariſſimus & fortiſſimus Conſul &c.

Laudat ſeptem Prætores, & Octo Tribunos Plebis hoc pacto.

„ ſeptem Prętores, octo Tribuni Plebis illius aduerſarij, defenſores mei.

Laudat Cn. Pompeium hoc modo —— „ Cn. Pompeius auctor, & Dux mei reditus &c.

Obſeruandum eſt inſuper, quod ad dictionem DVCIS, ubi legitur,
„ Dux mei reditus, &c.
omnia uerba hæc reſpondent militaria ——
„ ſecutus eſt —— „ cuius ſententiā Senatus omnis de ſalute mea grauiſſimam & ornatiſſimam ſecutus eſt:
„ cohortatus eſt —— „ qui populum Romanum cohortatus eſt:
„ ſignum dedit —— „ eius fidem imploranti ſignum dedit.

„ cum de me decretum Capuę feciſſet, &c.

Ex Italia illuſtrata Blondi Foroliuienſis hæc de Capua excepi.

Capua abeſt ab antiqua Capua duobus millibus paſſuum: id probant antique uerbis fundamenta, portæ, theatra, templa, & alia ædificia, quę ad Diuę Mariæ Gratiarum conſpiciuntur. Secundum Liuium dicta fuit Capua prius Vulturnus; poſteà à Duce Capi, Capua: ſiue potius a campeſtri eius planicie. Capuę hyemauit Annibal, quū ſuo exercitu Caſſilinum obſideret; cuius urbis delitiis, & uoluptatibus milites omnes effœminati ſunt. Capta à Romanis; agri, ędesq. in ditionem illorum peruenerunt: dumq. Romani Coloni quædā peruetuſta demolirentur ſepulchra, ex tabella ænea, reperta cognouerunt, ibi Capym ſepultum eſſe. Genſericus deinceps rex Vandalorum Capuam diruit: quam, quum Narſes extruſis Gothis reſtauraſſet;

raſſet; rurſus Longobardi diruere. Ager Campanus incipit à Tiſata monte, & protenditur Neapolim, & Puteolos uſque: & à Capua, ad Vulturni hoſtium in mare prorumpens. Hic Campanus ager ab Italis dicitur, Terra di lauoro. Sed quare ſic dicatur, uariæ opiniones circunferuntur. Alij, quod ager Leborinus appellaretur: ſubinde, terra Leboris, & corrupto uocabulo, Laboris; quaſi omnis labor in ipſa proficiat. Olim Capua cum ciuitate Romana, & Carthaginenſi de Monarchia contendebat.

Locus Topicus.

A Connexis — Conſul,
Septem Prętores,
Octo Tribuni,
Cn. Pompeius.

Figurę ſententiarum.

Diſtributio — cuilibet perſonę tribuit officia.

Figuræ uerborum.

Metaphora — ſignum dedit.

Figuræ ſtructuræ.

Similiter cadens — ultor ſceleris illius,
propugnator Senatus,
defenſor ueſtræ uoluntatis,
patronus illius publici conſenſus,
reſtitutor ſalutis meę.
} omnes hæ clauſulæ terminant in genitiuo.

Diſiunctio — nam dicta membra ſine coniunctionibus pronunciantur.

Gradus — clariſſimus — fortiſſimus — 2.
grauiſſimam — ornatiſſimam — 2.
cupienti — imploranti — 2.

Iſocola — vltor ſceleris illius — 8. Syllabę
propugnator Senatus — 7. pene
defenſor ueſtræ uoluntatis — 9. pares.

Repetitio — qui — qui populum Romanum cohortatus eſt:
qui — qui cum de me decretum Capuæ feciſſet.
» Omnia tum denique, &c.

Locus Topicus.

A Contingentibus — odium nempe contingens eſt.

Figuræ ſententiarum.

Contentio — non de impunitate eius, ſed de pręmiis, &c.

Figuræ verborum.

Metaphora — ardebant deſiderio.

Figuræ ſtructuræ.

Iſocola —— non de impunitate eius ——— 9 } ſyllab.
ſed de præmijs cogitaretur —— 10 }

Tamen ſe Milo continuit.

Aliam affert occaſionem à Milone omiſſam.

„ priuato Milone

Cum quis magiſtratum gerebat, non eum accuſabant; uerùm accuſationem differebant. Hoc lege ſancitum erat.

„ & reo ad populum

Milo ad populum de ui à Clodio accuſatus fuit, ſed à Pōpeio defenſus eſt.

„ cum in Cn. Pompeium &c.

Vide Commentarium Franciſci Syluij pro Milone.

Locus Topicus.

Ab actis —— —— —— —— tota periodus.

Figuræ ſententiarum.

Interrogatio —— —— —— —— Quid? &c.

Figuræ ſtructuræ.

Similiter deſinens —— Tamen ſe Milo continuit;
& P. Clodium ad iudicium bis, ad uim nunquam uocauit.

Diſſolutio —— —— & P. Clodium ad iudicium bis,
ad uim nunquam uocauit.

„ Nuper uerò &c.

Alia occaſio.

„ cum M. Antonius &c.

Lege Plutar. in uita M. Antonij.

„ fugiens in ſcalarum tenebris.

Hac de re fit etiam mentio à Cicerone Philippic. 2.

„ Antonij uerò maxima gloria.

Inter Cic. & Antonium magna interceſſit amicitia: id legitur in epiſt. ad Atticum. Hic M. Antonius Triumuir fuit.

„ Nuper uerò &c.

Locus Topicus.

Ab actis —— fuga namque Clodij exprimitur.

Figuræ ſtructuræ.

Interrogatio —— quod tempus illud Dij immortales fuit? &c.

Metaphorę — iudicij LAQVEOS — laqueus ponitur pro pęna.
iam IRRETITAM — eſt continuatio metaphoræ; nam reſpondet ſuperiori.

Figuræ ſtructuræ.

Similiter cadens — nulla ſua inuidia,
Antonij uerò maxima gloria.

„ Quid? Comitijs in campo &c.

Alias tangit prętermiſſas occaſiones; ut magis reddat Milonem excuſatum. Id ars Rhetorica in defenſionibus edocet.

„ ul in ſepta irruiſſet &c.

Septa aliter comitia dicuntur: incluſerant enim tabulatis loca illa in Campo Martio, ubi P. R. ſuffragia ferre ſolebat.

Locus Topicus.

Ab actis pariter, ſi conſideras totam Clodij intentionem, & operationem: ſi uero hanc, illamúe eius actionem, eſt locus ab effectis: ſi occaſionem tantum; contingens eſt.

Figurę ſententiarum.

Interrogatio — — — Quid? &c.

Quem igitur cum omnium &c.

Pluribus ueriſimilibus coaceruatis probat non eſſe credendum, Milonem occidiſſe Clodium. Hic enthymemata multiplicata connectuntur; à repugnantibus deſumpta hac dicendi figura.

1 Quem igitur cum omnium gratia noluit,
Hunc uoluit cum aliquorum querela?

2 Quem iurę occidere.
Hunc iniuria interfecit?

3 Quem loco noluit perdere.
I niquo loco perdidit?

4 Quem tempore non interfecit.
Alieno tempore interficere noluit?

5 Quem impune non eſt auſus,
Hunc periculo capitis non dubitauit occidere?

Locus Topicus.

A repugnantibus — — — gratia — querela, &c.

Figuræ ſententiarum.

Interrogatio — — Quem igitur &c. — Tota periodus.

Repetitio —— Quem igitur &c.
Quem iure &c.
Quem loco,
Quem tempore,
Quem impune &c.

Antitheta —— —— noluit,
uoluit.

iure,
iniuria.

„ Quo quidem tempore:

Timor ambitionis exprimitur.
Argumentum eſt ab amiſſa ſpe Conſulatus.

Locus Topicus.

Ab adiunctis, ſiue connexis — rumorem, fabulam fictam, falſam perhorreſcimus.&c.

Figuræ ſententiarum.

Frequentatio —— —— —— periodum hanc per lege.

Figurę Structuræ.

Antitheta —— —— —— palam,
obſcurè.

Diſſolutio —— rumorem,
fabulam fictam,
ſalſam perhorreſcimus:
Ora omnium &c.

„ Nihil enim eſt tam molle &c.

A commutatione uoluntatis, ſenſusq. ciuium.

Locus Topicorum.

A contingentibus.

Figuræ ſententiarum.

Aetiologia —— qua timidę ambitionis rationem reddit ſic,
„ Nihil enim eſt tam molle,
„ tam tenerum, aut flexibile, quàm uoluntas
„ erga nos, ſenſusq. ciuium. &c.

Figurę ſtructuræ.

Repetitio —— Tam tenerum,
Tam, aut fragile.

Similiter

Similiter cadens —— tam aut fragile,
aut flexibile.

Iſocolon —— quàm uoluntas erga nos, —— ſyll. 7.
ſenſusq. ciuium ——.—— ſyll. 6.

„ Hunc diem igitur, &c.

Concludit longe abeſſe à uериſimili; quum ſubeſſet Comitiorum dies, cruẽtis manibus in Campum Martium deſcendere uoluiſſe.

„ Campi, &c.

Intelligit Campum Martium, ubi Comitia agebantur.

„ Ad illa auguſta, &c.

Id dicit propter augurium, quod prius captabant.

„ Centuriarum auſpicia, &c.

Ex Comitiis alia maiora: alia minora: maiora, Centuriata appellabantur; & his fiebant Conſules, Prætores, & Cenſores. Minora dicebantur Curiata: & his reliqui creabantur magiſtratus.

Locus Topicus.

A tempore —„ Hunc diem igitur Campi ſperatum, &c.

Figuræ ſententiarum.

Contentio — ſententię enim inuicem contendunt.

Epiphonema — nam cum acclamatione rebus expoſitis, & confirmatis addit, quæ ſequuntur:

„ quàm hoc non credibile in hoc? quàm idem in Clodio non dubitandum.

Figuræ ſtructuræ.

Gradus —— 1. Speratum —— 2. exoptatum.
1. ſcelus —— 2. facinus.
1. ferens —— 2. confitens.

Repetitio — „ Quàm hoc non credibile in hoc?
Quàm idem in Clodio non dubitandum, &c.

„ Quid? quod caput audaciæ eſt, &c.

Impunitatis ſpem ait, maximam illecebram eſſe peccandi.
Probat per collationem Milonis, ac Clodij; Clodium amaſſe peccare.

Locus Topicus.

A contingentibus — nimirum de impunitatis ſpe: & ſpes contingens eſt; ſi reſpicimus rem ſperatam poſſe accidere, & non poſſe.

Figuræ

Interrogatio —— Quid?

Quis ignorat, maximam illecebram eſſe peccandi impunitatis ſpem?
in vtro igitur hæc fuit?
in Milone?
qui etiam nunc reus eſt facti aut præclari; aut certe neceſſarij?
an in Clodio? & reli qua peri odus.

Figuræ Verborum.

Metaphora —— quod caput audaciȩ eſt Iudices —— Vbi caput ponitur pro initio, & origine.

„ Sed, quid ego argumentor?

A dicto Clodij ipſum Clodium inſidiatorem fuiſſe oſtendit.

Eſt & altera probatio hac in periodo à maiori, qua Iudices contra Clodium confirmat ſic;

„ cum ille non dubitaret aperire quid cogitaret,
„ uos poteſtis dubitare quid fecerit?

Lo cus Topicus.

A pronuntiatis — Quòd argumentum ſumatur ab eo, quod nuper Clodius dixerit.

Figuræ ſententiarum.

Apoſtrophe —— Sermonem ad Iudices conuertit. —— Te Q. Petili
„ appello, &c.
„ Te M. Cato teſtor, &c.

Figuræ ſtructuræ.

Repetitio — Te Q. Petili, &c. / Te M. Cato teſtor. } T E, bis repetitur.

Continuatio eiuſdem uerbi —— ſibi dixiſſe &c. / quam dixerat } Dixiſſe, / Dixerat.

„ Quemadmodum igitur, &c,

Ex narratis probat Clodium fuiſſe inſidiatorem.
Argumentum eſt à ſpe perficiendi.

„ ſtata ſacrificia, &c.

Stata ſacrificia erant, quȩ fiebant certo quodam anni die. Sic priſci uiri illi loquebantur; ut indicat illud ex.xij. tabulis à Cicerone in officiis lib. 1. deſumptum:

„ Aut ſtatus dies cum hoſte.

& alia.

Locus

Locus Topicus.

A tempore —— Quemadmodum igitur cum dies non feſellit? &c.

Figuræ ſententiarum.

Commoratio — quæ eſt irę, & indignationis figura.
Collectio —— quia res longinquas connectit.

Figurę ſtructurę.

Traductio — dies — cum dies non feſellit.
die — quo profectus eſt, die.
Continuatio eiuſdem uerbi — proficiſci — uidit neceſſe eſſe Miloni proficiſci Lanuuium, &c.
profectus eſt — illo ipſo, quo profectus eſt die.

„ At, quo die?

Quòd reliquerit concionem exoptatã, ut ad cogitatum facinus properaret.

„ ab ipſius mercenario Tribuno Plebis concitata:

Q. Pompeium innuit.

Locus Topicus.

A contingentibus —— inſaniſſima concio ab ipſius mercenario Tribuno Plebis, &c.

Figuræ ſententiarum.

Mimiſis —— Imitatur mores Clodianos; qui aſſueuerat concitare clamores, rixas, & huiuſmodi.

Figuræ ſtructuræ.

Traductio — concio — inſaniſſima concio ab ipſius mercenario, &c.
concionem — quam concionem.
Annominatio cum interuallo — concitata — ab ipſius mercenario Tribuno Plebis eſt concitata:
concio — quam concionem.
Alliteratio cum interuallo —— clamores — quos clamores,
cogitatum — niſi ad cogitatum facinus approperaret.
Repetitio — quem diem ille,
quam concionem,
quos clamores, &c.
Varietas in eadem ſententiæ expreſſione — ut ante dixi — ſupra —
— Dixi equidem modò.

„ Ergo illi ne cauſſa quidem, &c.

Concluſio breuis.

Locus Topicus.

A cauſſa ——Etiam cauſſa manendi, &c.

Figurę ſententiarum.

Antitheſis — quę figura conuenit refellenti; & hic refellit.

Figurę ſtructuræ.

Conuerſio —— etiam cauſſa manendi: } Idem uerbum in fine
Miloni nulla facultas manendi. } membrorum.

Iſocolon —— exeundi non cauſſa ſolum, — 9 } pene par. &c.
ſed etiam neceſſitas fuit. — 10. }

Quid? ſi ut ille ſciuit, &c.

Remotio criminis ex perſonis, & ex itinere Clodij.

1 Perſonę ibi — ſi, ut ille ſciuit Milonem fore eo die in uia:
ſic Clodium Milo ne ſuſpicari quidem potuit?

2 Iter ibi Scire potuit illo ipſo die Lanuuij à Dictatore Milone, &c.

Argumentum eſt (ut uocant Logici) ab impoſſibili, quo ad ſententiã.
„ ſi, ut ille ſciuit Milonem fore eo die in uia: ſic Clodium
„ Milo, ne ſuſpicari quidem potuit?

Locus Topicus.

A Differentibus — Milo ne SVSPICARI quidem, &c. } differunt ſcire, &
ſi ut ille SCIVIT, &c. } ſuſpicari.

Figuræ ſententiarum.

Interrogatio — Quid? uide reliqua in littera.

Figuræ ſtructuræ.

Continuatio eiuſdem uerbi — potuit — ne ſuſpicari quidem potuit.
poterit — qui ſcire potuerit?
poteſtis quærere non poteſtis.

Quòd ſcire potuerit Clodius de Milone Lanuuium proficiſcente; probat ſumpto argumento à uериſimili; ideſt nominando T. Patinam: ex quo uerіſimile eſt potuiſſe hoc cognoſcere; quia (ut coniicitur) Lanuuinus erat: uel Lanuuinos mores optimè collebat: adde familiaritatem, maxima etenim inter eos intercedebat: Id planum littera facit:
„ ut enim neminem alium niſi T. Patinam familiariſſimum ſuum rogaſſet.

·II· „ Sed erant per multi alij,

Probat aduentum Milonis potuiſſe ſciri, ut proxime fecit, ſed argumento firmiori.

Siquidem argumentum eſt à maiori: proximè ſanè probauit potuiſſe ſcire, ſi T. Patinam familiariſſimum ſuum rogaſſet: hic autem probat à multis aliis ſcire potuiſſe:
„ Sed erant per multi alij: ex quibus id facillime ſcire poſſet.
& ſi ſatis unus T. Patina fuiſſet ad id ſciendum; multo magis multi: ſed

ſed ex multis ſcire potuit; ego multo magis.

„ quæſierit ſane; uidete quid uobis largiar.

Ex arte faciliora prius tractanda ſunt; & eiuſmodi, quę (ſi placet) concedi poſſint; iccirco Milonem quæſiſſe de Clodij reditu concedit.

„ quæſierit ſanè, &c. uidete quæ uobis largiar.

„ ſeruum etiam, ut Arrius meus amicus dixit, corruperit.

Arrius meus amicus, &c.

Amici Ciceronis fuerunt duo Arrij: C. & Q. de Caio Arrio in ep. ad Atticum lib. 2. legitur: dę Quincto uero in oratione in Vatinium.

Locus Topicus.

A partibus — quia notitia aduentus Miloniani partitur in T. Patinam, ut ſupra: in multos alios: in Lanuuinos; ut hoc in loco.

Figuræ ſententiarum.

Permiſſio —— quæſierit ſanè, &c.

Figurę ſtructurę.

Continuatio eiuſdem uerbi — unde quæſiuit? quæſierit ſanè.

„ Legite teſtimonia teſtium, &c.

Teſtimonia teſtium ipſius Clodij imprudentiam, & ignorantiam Milonis comprobanț.

Auctor ad Herennium lib. 2. ſic ſcribit:

„ Communes loci ſunt cum accuſatoris, tum defenſoris; a teſtibus, contra
„ teſtes; à quæſtionibus, contra quæſtiones; ab argumentis, contra ar-
„ gumenta; à rumoribus, contra rumores:
„ A teſtibus dicemus ſecundum auctoritatem, & uitam teſtium, & con-
„ ſtantiam teſtimoniorum.

Contra teſtes — vitæ turpitudinem, | teſtimoniorum inconſtantiam, | ſi aut non fieri potuiſſe dicemus, | aut non factum eſſe, quod dicant; | aut ſcire illos non potuiſſe; | aut cupide dicere, & argumentari.

In partitionibus uerò hęc de teſtibus ſcripta ſunt:

„ Et de ſingulis teſtibus ſi natura uani, ſi leues, ſi cum ignomi-
„ nia, ſi ſpe, ſi metu, ſi iracundia, ſi miſericordia impulſi, ſi
„ præmio; ſi gratia adducti, &c.

Ex his patebit, quo artificio dicta teſtium Clodianorum reprobant Cic. hac in periodo.

Reprobat teſtimonium C. Caſſinij Scholæ, qui dixerat P. Clodium illo die

L in

in Abano manſurum fuiſſe: ſed ſubito ei eſſe nunciatum Cyrum architectum eſſe mortuum; itaque Romani repentę conſtituiſſe proficiſci: & reprobat ab ignominia; quòd iampridem eius teſtimonio Clodius eadē hora Interamnæ fuerat, & Romæ.

Reprobat, & teſtimonium C. Clodij: qui dixit idem: à gratia: quòd Comes P. Clodij fuerat.

Locus Topicus.

A pronuntiatis —— agitur de teſtimonijs, quę ſunt pronuntiata.

Figuræ ſententiarum.

Diſtributio —— qua dicta ſecundùm perſonas teſtium diſtribuit.

Figuræ ſtructuræ.

Conſecutio —— teſtimonia
teſtium.

Conſecutio alia —— —— Interamnis,
Interamnæ.

„ Dixit C. Caſſinius ——

Hic fuit cum Clodio, cum interfectus eſt; propterea uocat eum Comitem: quemadmodum & C. Clodium.

„ Cyrum architectum.

De hoc architecto lege ſecundum epiſtolarum ad Q. Fratrem librum.

C. Clodius.

P. Clodius habuit hoc nomine fratrem; qui auctus duobus filiis, teſtimonium, teſte Aſconio, in Milonem perhibuit: & eius filij eundem accuſarunt. Franciſcus tamen Syluius uir bene doctus non audet hoc ſcribere; ſed anceps hunc locum prǽterit.

Videt Iudices.

Concludit his teſtimoniis Milonem liberari, eo conſilio profectum eſſe, ut inſidiaretur in uia Clodio: ſuoq. conſilio, Milonis manu cædem eſſe factam.

„ Primùm certe liberatur Milo, &c.

Argumentum hoc ſic explicari poteſt:

Inſidias conſilio is facere in uia non poteſt, qui neſcit obuium ſibi futurum inimicum;

Sed Milo neſciuit obuium ſibi futurum Clodium

ergo

Conſilio inſidias Clodio Milo in uia facere non potuit.

„ Deinde; non enim uideo, &c.

Purgatio ſui ab eodem teſtimonio.

„ Deinde

„ Deinde; non enim uideo, &c.

Ideſt lege Pompeij.

Locus Topicus.

A repugnantibus — Milo, non eo conſilio profectus eſſe, ut inſidiaretur in uia Clodio: quippe, qui ei obuius futurus omnino non erat.

Figuræ ſententiarum.

Digeſtio — „ primùm certè liberatur Milo, &c.
„ deinde (non enim uideo cur non meum agam negocium) ſcitis iudices fuiſſe &c.

Figurę ſtructurę.

Epiphonema — iacent ſuis teſtibus ij, qui Clodium negant eo die Romam niſi de Cyro auditum eſſet, rediturum fuiſſe.

Gradus — 1. Latronem — abiecti. 1. } „ uidelicet me latronem, ac
2. Sicarium — perditi 2. } „ ſicarium abiecti homines,
„ & perditi deſcribebant.

Forma argumenti explicantis ſententiam Cic.

Forma argumenti explicantis ſententiam Cic. hac in periodo, eſt Inuerſio: nam ex teſtimonio aduerſariorum, non id, quod ipſi uolunt; ſed quod Ciceroni commodum eſt, demonſtratur. Teſtes aduerſariorum dixerāt Clodium eo die Romam, niſi de Cyro auditum eſſet, rediturum nō fuiſſe: & tamen aiebant Milonem inſidiatorem fuiſſe. Inuertit propterea Cicero uim argumenti hoc pacto:

Si Clodius eo die Romam, niſi de Cyro auditum eſſet rediturus non erat — ergo.

Milo Clodij reditum callere omnino non poterat.

Et ſuum negocium agens; probat cædem ſuo non eſſe conſilio factam.
„ ne quod ne ſuſpicari quidem potuerim, uidear id cogitaſſe.

„ Reſpiraui, liberatus ſum, &c.

Purgat ſe ipſum non fuiſſe huius homicidij conſcium: & probat Milonem de inſidiis non cogitaſſe.

Locus Topicus.

A contingentibus — cum reprobet à non ueriſimili: & ueriſimilia contingentia ſunt.

Figurę ſententiarum.

Purgatio — ne ſuſpicari quidem potuerim, &c.

Figuræ ſtructuræ.

Diſſolutio — Reſpiraui : liberatus ſum ; non uereor, &c.

Continuatio eiuſdem uerbi — cogitaſſe — uidear id cogitaſſe.
cogitauit — Ne Clodius quidem de inſidiis cogitauit.

Iſocola — Reſpiraui — ſyllab. — 4.
Liberatus ſum — ſyllab. — 5. } penè paria.
Non uereor — ſyllab. — 4.

Figuræ numeri.

Rēſpīrāuī — diſpondæus.

„ Video enim illum, &c.

Ait nuncium non Cyri mortem nunciaſſe, ſed Milonem appropinquare: & probat à cauſſa (ut dicitur) finali.

Locus Topicus.

A fine — nullo enim fine, nullo fructu, nulla alia cauſſa Clodius Romam redire debebat, quæ ſcilicet ex Cyri manaret : & omne agens agit propter finem.

Figuræ ſententiarum.

Irriſio — „ Video enim illum, qui dicitur de Cyri morte nunciaſſe, non id nunciaſſe, ſed Milonem appropinquare.

Figuræ ſtructuræ.

Continuatio eiuſdem uerbi — nunciaſſe — „ non id nunciaſſe :
nunciaret — nam, quid de Cyro nũciaret.
reliquerat — reliquerat morientem?
reliquiſſe — animã efflantem reliquiſſet.

Repetitio — teſtamentum ſimul obſignaui cum Clodio :
teſtamentum autem palam fecerat.

Similiter deſinens — teſtamentum autem palam fecerat ;
& illum hęredem, & me ſcripſerat.

„ Age, ſit ita factum.

Confutatio cauſſæ feſtinationis { a tempore periculoſo — cur in noctem ſe conijceret ?
ab inutili labore — primùm erat nihil, cur properato opus eſſet.

Locus Topicus.

A cauſſa — quæ cauſſa, cur Romam properaret ? &c.

Figurę ſententiarum.

Ironia — Age, ſit ita factum.

Subiectio

Subiectio —— quid afferebat feſtinationem? quòd hęres erat? primum erat nihil, cur properato opus eſſet, &c.

Figurę verborum.

Metaphora coniiceret —— cur in noctem ſe conijceret?

Figuræ ſtructuræ.

Iſocolon —— cur in noctem ſe conijceret? — ſyll. 10. } pares
quid afferebat feſtinationem? — ſyll. 10.

Iſocolon —— quòd hęres erat? —— ſyll. 5. } pene pares
primum erat nihil, — ſyll. 6.

Iteratio cum interuallo —— erat —— quòd hæres erat?
—— erat —— primum erat nihil.

Conuerſio —— cur properato opus eſſet.
deinde ſi quid eſſet,

Antitheton —— conſequi —— quod ea nocte conſequi poſſet.
amitteret —— amitteret autem ſi poſtridie, &c.

„ Atque, ut illi, &c.

Remotio criminis à perſona Milonis.

Locus Topicus.

Ab oppoſitis —— patet ex maiori parte periodi.

Figuræ ſententiarum.

Etiologia —— affert namque rationem, cur potius Clodius uitare deberet aduentum ad urbem; Milo autem ſubſiſtere, atque expectare.

Figuræ ſtructurę.

Antitheton —— uitandus —— aduentus uitandus potius,
expetendus —— quàm expetendus fuit.

Antitheton —— acceſſurum —— noctu acceſſurum ſciebat.
ſubſiſtendum — ſubſiſtendum, atque expectandum, &c.

Iteratio cum interuallo —— noctu —— ad urbem noctu acceſſurũ ſciebat.
noctu —— noctu inuidioſo, & pleno, &c.

Gradus —— 1. ſubſiſtendum —— ſubſiſtendum,
2. expectandum —— atque expectandum fuit.
1. inuidioſo, } inuidioſo, & pleno latronum.
2. pleno

Similiter deſinens —— & pleno latronum in loco occidiſſet,
nemo ei neganti non credidiſſet.

„ Suſtinuiſſet hoc, &c.

Probat a facultate occultandi prætermiſſa, Milonem noluiſſe interficere Clodium; quæ facultas depromitur ex loco; in quo Milo cùm expectare, tum

tum interficere Clodium potuiſſet percommodè.

„ ipſe ille latronum occultator, & receptator locus; dum nec

„ muta ſolitudo indicaſſet,

Ex tempore etiam depromitur; ſi tempus opportunum uoluiſſet expectare Milo —„ neque cęca nox oſtendiſſet Milonem.

Ex ſuſpitione, in quam multi cadere poſſent — deinde ubi multi ab illo uiolati, &c.

per totam periodum.

Locus Topicus.

A loco — ſuſtinuiſſet hoc crimen primum ipſe ille latronum occultator, & receptator locus, &c.

Figuræ ſententiarum.

Diſtributio — ſuſtinuiſſet hoc crimen primum, &c.

deinde ubi multi, &c.

tota denique rea citaretur Hetruria, &c.

Figuræ Verborum.

Epitheta metaphorica — muta ſolitudo

cæca nox.

Metaphoræ — indicaſſet — muta ſolitudo indicaſſet.

oſtendiſſet — neque cæca nox oſtendiſſet Milonem.

caderent — in ſuſpicionem caderent.

Metonimia — cęca nox — nox enim non eſt cæca; ſed efficit, uel penè reddit.

Diſſolutio — deinde ubi multi ab illo uiolati,

ſpoliati,

bonis expulſi —

„ Atque illo die certe Aricia rediens, &c.

Aricię ſermonem cum Decurionibus Aricinorum habuerat Clodius; cui redeunti ſe ſe Milo obtulit obuius.

„ Atque illo die certè, &c.

Obiectionem aduerſariorum proponit.

„ Aricia rediens, &c.

In uia Appia ciuitas peruetus fuit, quæ Aricia appellabatur: nunc eius pars tantùm extat, quę ab Italis Riccia dicitur Marmoreos lapides, cæteraq. illius ornamenta Monachi deuexere ad templa coornanda. Hæc una ex illis quinque ciuitatibus fuit, quæ Aeneæ pręſidium tulit; ea tempeſtate ualde potentia florens. Auguſti mater Ariciæ orta eſt. Blond. in Ital. Illuſ.

„ Cur neque ante occurrit,

Obiectionis dilutio,

A loco — Atque illo die certe Aricia rediens, &c.

Figuræ ſententiarum.

Propoſitio.

Figuræ ſtructuræ.

Continuatio eiuſdem uerbi { diuertit — Aricia rediens diuertit, &c. / diuerſurum — quę uiā tãgeret diuerſurū, &c.

„ Video adhuc conſtare, &c.

Perbreuis repetitio rerum probatarum ad memoriam iudicum reuocandā.

„ Miloni etiam utile fuiſſe, &c.

Collatio cauſſarum, & effectuum perſonarum Milonis, & Clodij mirifice oppoſita: cuius diſpoſitio ſequitur.

A perſona Clodij.	A perſona Milonis.
1. Illi ad ea, quæ concupierat optatiſſimum interitum Milonis fuiſſe.	1. Miloni etiam utile fuiſſe Clodium uiuere.
2. Odium illius in hũc acerbiſſimum.	2. In illum huius nullum.
3. Conſuetudinem illius perpetuam in ui inferenda:	3. Huius tantum in repellenda.
4. Mortem ab illo denũciatam palàm Miloni, & prædicatam:	4. Nihil unquam auditum ex Milone:
5. Profectionis huius diem illi notum:	5. Reditum illius huic incognitum fuiſſe.
6. Huius potius alienum:	6. Huius iter neceſſarium.
7. Illum eo die ſe diſſimulaſſe reditu-rum:	7. Hunc prę ſe tuliſſe illo die Roma exiturum.
8. Illum cauſſam mutandi conſilij finxiſſe.	8. Hunc nullius rei mutaſſe conſilium.
9. Illi etiam ſi hunc non timeret, tamẽ acceſſum ad urbem nocturnum fuiſſe metuendum.	9. Huic ſi inſidiaretur nocte prope urbem expectandum.

Ex his

10.	10.
Ex his colligitur eſſe ueriſimile Clodium Miloni feciſſe inſidias.	Ex his colligitur non eſſe ueriſimile Milonem inſidias Clodio feciſſe.

Locus Topicus.

Ab Oppoſitis.

Figuræ ſententiarum.

Contentio.

Figurę ſtructuræ.

Antitheta —— profectionis — reditum.
notum —— ignotum.

Similiter deſinens —— conſuetudinem illius perpetuam in ui inferēda:
Huius tantùm in repellenda.

Illo die Roma exiturum;
illum eo die ſe diſſimulaſſe rediturum.

Nocte prope urbem expectandum;
acceſſum ad urbem fuiſſe metuendum.

„ Videamus nunc, &c.

Examinat locum, ubi congreſſi ſunt; & probat opportuniorem fuiſſe Clodio, quàm Miloni.

De loco ſic ſcriptum reperio:

Locus
- Communis omnium: Aer, terra, Oceanus, forum, templum, porticus, pontes, platea, uia publica, Pandochea, Cænobia, diuerſoria, Xenodochia, &c.
- Frequens multorum: Senatus, Aulæ principum, tonſtrinæ, gymnaſia.
- Proprius unius ſubſtantiæ; ſicq. coincidit prædicamento Quantitatis: Domus, familia, lares, Muſæum, fundi, uillæ, prędia.

Ad Herennium lib. 2.

Locus quęritur, celebris, an deſertus:
ſemper, an tum, cùm id factum ſit, fuerit in eo ſolitudo:
ſacer, an prophanus:
publicus, an priuatus fuerit:
cuiuſmodi loci attingant, &c.

Appia uia Clodij attingebat; ergo locus opportunior Clodio, quàm Miloni.

Locus Topicus.

A loco —— Locus ad inſidias ille ipſe, ubi congreſſi ſunt, utri tandem fuerit aptior.

Figuræ ſententiarum.

Subiectio — nempe interrogat; & rationem ſubiicit interrogationi.

interrogat

interrogat — Illud uerò Iudices etiam dubitandum, & diutius cogitandum eſt?

ſubiicit —— ante fundum Clodij.

Figuræ verborum.

Metaphora —— propter INSANAS illas ſubſtructiones.

Figurę Structuræ.

Traductio —— fundum — ante fundum Clodij;
fundo — quo in fundo.

,, Atqui excelſo loco, &c.

Reſpondet tacitæ obiectioni; aitq. Clodium de loco ſuperiore impetum in Milonem feciſſe.

Locus Topicus.

A Contingentibus — ſi quidem ſtudet totam ſuſpicionem facti colligere ex perſona Clodij: & ſuſpicio contingens eſt.

A cauſſa etiam — ,, & ob eam cauſſam eum locum ad pugnam potiſſimũ delegerat.

Figurę ſententiarum.

Prolepſis —— ,, Atqui excelſo loco ſuperiorem ſe fore putabat, &c.

Figurę ſtructuræ.

Traductio —— eam — ob eam cauſſam,
eum — eum locum ad pugnam potiſſimum delegerat:
eo — an in eo loco potius expectandum ab eo.

,, Res loquitur Iudices ipſa.

Quibus fuerit impeditus Milo, & pene conſtrictus, deſcribit hic Cicero luculenter.

A facultate argumentum eſt: qua caruiſſe Milonem ſignificat.

Locus Topicus.

A Connexis — rheda — ,, cum alter uehere tur in rheda.
penula — ,, penulatus.
uxor — ,, unà ſederet uxor.
} Hæc omnia Milonem minus promptum ad pugnam reddebant: quinimo impedimenta omnia erant.

Figuræ ſententiarum.

Hypothipoſis —— ,, ſi hæc non geſta audiretis, ſed picta uideretis — & reliqua, &c.

Figuræ uerborum.

Metaphora —— ,, cum penula IRRETITVS.

M Similiter

Similiter cadens — „ cum penula irretitus,
rheda impeditus.

„ Videte nunc illum, &c.

Iter Clodianum, & tempus egreſſionis eius ex uilla expendit.

Locus Topicus.

A tempore — cur ueſperi? quid neceſſe eſt tardè? quid conuenit præſertim id temporis?

A partibus etiam, ſi conſideratur diuerſio, ut totum: tunc enim partes eſſent:

1. Pompeium, ut uideret?
2. Villam, ut perſpiceret?
3. dum hic ueniret, locum relinquere noluit.

Argumenti uero forma eſt ſubiectio: nam ſubiectio (ut apud Rhetores legere eſt) quatenus ad probationem refertur, eſt argumentatio, qua quærimus, quod pro aduerſario, uel contra nos dici poſſit, dein per ſingulas interrogationes ſtatim rationes ſubijcimus, quibus id, quod dictum eſt refutetur. Hic uerò quærit, quid dici poſſit contra: dein per ſingulas interrogationes ſtatim rationes ſubijcit; quibus, quod dici poſſet, refutat. Sic littera:

„ Pompeium ut uideret? ſciebat in Alſienſe eſſe procul inde.
„ uillam ut perſpiceret? millies in ea fuerat, &c.

Figuræ ſententiarum.

Dialogiſmus; quòd pro ſe, proq. ſuis aduerſariis loquatur; modò ſuam, modò illorũ ſuſtinens perſonam — „ Diuertit in uillam Pompeij. — ſermo aduerſariorum.

„ Pompeium. ut uideret? ſciebat in Alſienſi eſſe procul inde — ſermo Ciceronis, &c.

„ Age nunc iter expediti, &c.

Eſt collatio itineris utriuſque.

„ cum uxore.

Intellige Fuluiam — Fuluia erat uxor Clodij:

„ Etiam cum in caſtra Hetruſca properabat.

Significat Clodium ſocium coniurationis fuiſſe; ſicq. eum in odium, & in inuidiam ponit. quaſi profectum fuiſſe in Caſtra Catilinæ innuit, dum Feſulis à C. Manlio milites compararentur.

„ prætores ſymphoniacos uxoris.

Fauſtæ L. Syllæ Dictatoris filiæ; quàm duxerat uxorem Milo.

„ ut uirum à uiro lectum eſſe diceres.

Delectus ſingularis erat, ut meminit Liuius; cum non Imperator ex lege, & cenſu militem ſcribebat; ſed uir uirum legebat. Latomus in ſcholiis id etiam teſtatur.

Locus Topicus.

A comparatis — Age nunc iter expediti latronis, cum Milonis impedimentis comparate. Semper ille antea cum uxore, tū ſine ea, &c.

Figuræ ſententiarum.

Contentio — ſemper ille antea cum uxore, tum ſine ea; nunquam non in rheda; tum in equo, &c.

Figuræ ſtructuræ.

Iſocola — Age nunc iter expediti latronis — — 12. } ſyll.
Cum Milonis impedimētis comparate — 13.

ſemper exoletos — — ſyll. — 6.
ſemper lupas ducebat — ſyll. — 7.

Similiter deſinens — Comites Græculi quocunque ibat, etiam cum in caſtra Hetruſca properabat.

„ Cur igitur uictus eſt?

Occupat, & confutat ſuſpiciones, quibus Milo implicari poterat, propterea, quod uictus eſſet Clodius.

Hac uerò in confutatione inſunt quattuor fundamenta:

1. Virtus } Milonis — „ Tamen mulier inciderat in uiros.
2. Prouidentia } Milonis — „ Nec uerò ſic erat unquam non paratus Milo, &c.
3. Fortuna pugnæ. — „ Adde incertus exitus pugnarum, &c.
4. Temeritas Clodij. — „ nihil de extremis eius comitibꝰ cogitauit.

1.

Milo Clodium uirtute pręſtabat
Ergo illum interficere potuit.

2.

Prouidens ſemper eſt paratus;
Sed Milo prouidens eſt, — ergo.

3.

Vſu uenit, quòd ſæpe multos, pauci; robuſtos imbecilli, uictores uicti ſuperent.
Quid mirum ergo, ſi Miloniani Clodianos ſuperarint? quid, ſi Clodius interemptus eſt?

4.

Qui temerarius eſt, facile perimi poteſt.
Sed Clodius temerarius erat — ergo, &c.

„ Quia non ſemper, &c.

Argumentum à loco communi.

Locus Topicus.

A contingentibus — non ſemper uiator à latrone; nonnunquam etiam latro, &c.

Figuræ ſententiarum.

Apophaſis — nam ipſemet interrogat, & reſpondet; quæ conuenit confidenter loquenti, & probanti — Cur igitur uictus eſt? quia non ſemper uiator, &c.

Figuræ Verborum.

Metaphora — penè ADDICTAM ſciebat.

Figuræ ſtructuræ.

Repetitio — quia non ſemper uiator à latrone, &c.
quia quanquam paratus, &c.

Alia repetitio — & quantum intereſſet, &c.
& quanto illi odio eſſet,
& quantum ille auderet.

Traductio — uiator — non ſemper uiator à latrone;
uiatore, latrone, latro — nonnunquã etiam latro a uiatore occiditur.

Antitheta — paratus, imparatos — paratus in imparatos Clodius.
non paratus, paratus — nec uero ſic erat unquam non paratus Milo contra illum,
— — — ut non ſatis ferè eſſet paratus.

Gradus — 1 propoſitam — quàm maximis præmiis propoſitam,
2 addictum — & penè addictam ſciebat.

1 præſidio — nunquam in periculum ſine præſidio,
2 cuſtodia — & ſine cuſtodia proueheбat.

Similiter deſinens — — — penè addictam ſciebat,
& ſine cuſtodia prouehebat.

„ adde

„ adde caſus, &c.

Affert confutando alia duo argumenta,

Alterum à fortuna pugnę: } de quibus in ſuperiore periodo.
A temeritate alterum.

Locus Topicus.

A contingentibus — quum de pugnæ fortuna agit — quia, quod caſus, incerti exitus afferunt, contingentia ſunt.

Ab adiacentibus — quum Clodij temeritatem carpit — „ adde inſcitiam „ pranſi, poti, oſcitan „ tis ducis; qui cum à „ tergo, &c. — — — & temeritas adiacẽs eſt, qua Clodius hic temerarius dr.

Figuræ ſententiarum.

Diallage — nimirum plura argumenta ad probandum, quare Clodius uictus fuerit, deducit — } caſus, incertos exitus, Martem communem, inſcitiam pranſi, poti, &c.

Figuræ uerborum.

Metaphoræ — incenſos — quos incenſos ita:
hæſit — hęſit in his pœnis.

Figuræ ſtructuræ.

Repetitio — adde — adde caſus,
adde — adde incertos exitus pugnarum, &c.
adde — adde inſcitiam pranſi, &c.

Gradus — ſpoliantem — exultantem — 2.
euertit — perculit — 2.

Antitheton — exultantem — iam & exultantem euertit,
abiecto — & perculit ab abiecto.

Cur igitur eos manumiſit?

Poſt Clodij necem, die altero à Milone duodecim ſerui fuerant manumiſſi. Id aperuit Appius accuſator, cum poſtularet ſibi exhiberi. 54. ſeruos Milonis; & Q. Hortenſius reſponderit, non eſſe in poteſtate Milonis. Quod & reſcripſit Franciſcus Syluius in Commentar. Erat igitur hæc obiectio à Cic. occupanda, ut aduerſariorum cuniculos præcaueret. Dimouet hac periodo, quid dici poterat; & quod reſpondi deberet ſubinfert. Id de manumiſſis ſeruis Milonem purgat.

Locus Topicus.

A cauſſa — „ Cur igitur eos manumiſit? &c.

Figuræ

Sciſſitatio ironice neſcio quid redolens —— „ metuebat ſcilicet ne indicaretur? ne dolorem perferre non poſſent, &c.

Figuræ ſtructuræ.

Annominatio ſyllabica —— MAnumiſit, —— ma -- ſyl.
MEtuebat. —— me -- ſyl.
Repetitio —— ne dolorem perferre non poſſent; —— ne.
ne tormentis cogerentur, &c. —— ne.
Repetitio alia —— quid opus eſt tortore? —— quid
quid quęris? —— —— quid.
Cōtinuatio eiuſdē uerbi – occiſum eſſe a ſeruis Milonis, &c. — occiſū eſſe.
occiderit ne? —— —— —— occiderit.
occidit. —— —— —— occidit.
Traductio —— quid opus eſt tortore? tortore.
nihil ad tortorem. —— tortorem.
Conſecutio —— quid quæris? —— —— —— quæris.
facti enim in eculeo quæſtio eſt —— quæſtio.
Antitheton —— iure, —— iure.
an iniuria —— iniuria.

„ Manu uero cur miſerit, &c.

Cauſſa manumiſſionis redditur; eamq. rectè factam probat à Milone.
Huius probationis fundamenta duo ſunt:
1. à teſtimonio Catonis. --- Ibi -- Dixit enim, qui omnia ſemper conſtanter & fortiter M. Cato:
2. à merito ſeruorum --- Ibi -- non libertate ſolùm, ſed etiam omnibus pręmiis digniſſimos &c.

Sciendum eſt in capitalibus & atrocioribus maleficiis tantùm de ſeruis ſolis quæſtio haberi ſolere -- Vide, Paul. Iuriſc. lib. Digeſt. 48. tit. de Quæſtionibus.

Præterea hæc periodus continet amplificationem quandā; & extenuationē.

Amplificatio eſt { à loco / à tempore } Hoc cognoſcitur ex lr̄a --- „ In turbulēta cōcione.

Extenuatio, quæ fit per correctionem, ut meritum ſeruorum Milonis magis illuceſcat -- legitur eo in loco --„ Et ſi id quidem nō tanti eſt, &c.

Locus Topicus.

A cauſſa —— Manu uero cur miſerit, &c.

Figurę ſententiarum.

Aetiologia.

Tmeſis —— Manu uero cur miſerit — pro manumiſerit; ſed diuiſa compoſitione.

Tmeſis alia — non libertate ſolùm — pro non ſolum.

Repetitio —— dixit enim hic idem, qui &c. — dixit, dixitq. in turbulenta concione — dixit.

Antitheton — in turbulenta concione, — turbulenta. placata eſt —— — placata.

Gradus —— 1 libertate — 1. ſanguine. 2 præmiis — 2. uulneribus.

Gradus alius — 1. conſeruatores — 1. domini. 2. ultores — 2. ſceleris. 3. defenſores — 3. necis.

Iſocolon —— ultores ſceleris —— ſyll.6. defenſores necis —— ſyll.6.

Figurę verborum.

Metaphora — inimici mentem, oculoſq. ſatiauit — ſatiauit.

„ Hic uero nihil habet, &c.

Senſa proxime expreſſa, hic claudit. ſicque gratum Milonis animum laudat; cum tanto ſtuduerit opere, meritum ut præmium fidelibus ſeruis perſolueretur.

Locus Topicus.

A connexis —— ſi reſpicimus ſeruos Milonis: cum Relata, uel aliquid, inter connexa ſint.

Ab adiacentibus uerò —— ſi Milo, ut gratus conſideratur.

Figuræ ſententiarum.

Epiphonema — quòd Milonis ſententia abſoluta cũ aſſeueratione legatur.

Figuræ ſtructuræ.

Similiter deſinens — quod minus moleſte ferat, —— ferat } deſinũt in, quam etiã ſi quid ipſi accidat. — accidat } at.

Alliteratio —— præmium perſolutum — vtraque uox incipit à .p.

Figuræ numeri.

Diſpondæus —— pērsōlūtūm. - - - -

„ Sed quęſtiones urgent, &c.

Diluit dicta ſeruorum Clodij; qui in eculeo erant contra Milonem teſtati.

Dilutio habet duo capita

1. legem, —— contra legem ſeruos Appius poſtularat.

2. modum — modum item quęrendi neglexit; cum domi prius inſtruxerit, &c. Vide Paul. Iuriſc. lib. Digeſtorum 22. ubi de teſtibus agit.

Habitæ in atrio Libertatis, &c.

Deam Libertatis excoluere Romani; Romæq. in Auentino à Sempronio Gracchorum patre ex mulctatitia pecunia ſibi templum erectum fuit. Lege Tit. Liuium lib. 24. Templa Romæ habebant atria, quo frequens Senatus conuenire poterat; ideoq. auguſta templa dicebantur. Veſtę uerò templum, atrium ſeparatum habebat; quia in illo Senatus haberi nefas erat propter uirgines: iccirco non appellabatur auguſtum hoc templum.

„ quis eos poſtulauit? Appius.

Appius hic de quo loquitur, frater Clodij erat: quod & teſtatur in ſcholiis Barptolemæus Latomus uir eruditiſſimus.

Locus Topicus.

A ſubiectis — ſi reſpicimus Appium.
Ab actis — ſi reſpicimus, quid de Clodij ſeruis Appius poſtularit, &c.
A loco — ſi locum reſpicimus, ubi ſunt contra Milonem habitæ quæſtiones: hoc eſt in atrio Libertatis.

Figuræ ſententiarum.

Ironia — ſed quæſtiones urgent Milonem, quę ſunt habitæ nunc, &c.

Figuræ verborum.

Metaphora — vrgent. — nota equidem eſt hnius uerbi propria ſignificatio.

Figuræ ſtructuræ.

Conuerſio — — { Quis eos poſtulauit? Appius. / Quis produxit? Appius. / Vnde? ab Appio. }

Iſocolon — quis produxit? Appius. — ſyllabæ — 7.
unde? ab Appio. — — ſyll. — 6.

„ Dij boni, quid poteſt agi, &c.

Cum Deus ſit infinitus, ęternus, ante, & poſt omnium rerum principium & finem: in quo rerum omnium perfectiones inſunt; & à quo imperfectiones omnes abſunt; uarias cum eius operationes admirarentur mortales; uaria ſibi aſſignarunt attributa: ſed inter cætera, BONITATEM: quia Bonitas eſt principium diffuſionis, & communicationis: & bona omnia à Deo emanant; is enim uniuerſa bona cum diffundit, tum communicat: & licet ſit ante omnium rerum principium; ab eo tamen diffuſio, & communicatio bonorum huiuſmodi prius, tanquam à fonte exeũt; & nunquam ceſſant. Rectè ergo Dij boni.

„ De ſeruis

„ De ſeruis nulla quęſtio eſt in dominum.

Ratio eruitur ex eo, quò ſalus dominorum, ſeruis committenda non eſt: a dominis enim ſeruitute premuntur: & ſeruitus odium parit. Conſule Vlpian. lib. Digeſt. 48.

Locus Topicus.

A contingentibus — ſi refertur ad quæſtionem ſeruorum.
A connexis — — ſi ſerui referuntur ad dominum.
Ab actis — — ſi ad actiones, quæ narrantur.

Figuræ ſententiarum.

Exclamatio ironica — „ Dij boni, quid poteſt agi ſeuerius?
Irriſio — proximè ad Deos, &c.

Figuræ verborum.

Metaphoræ — proxime ad Deos ACCESSIT Clodius.
de cerimoniis VIOLATIS quæritur.

Figurę ſtructurę.

Conſecutio — de ſeruis nulla quæſtio eſt in dominum — quæſtio
tanquam de cerimoniis uiolatis quæritur — quæritur.
Continuatio eiuſdem dictionis — proxime ad Deos acceſſit – proxime.
propius, quàm tum — – propius.

„ Sed tamen maiores, &c.

Legem ab auctoritate maiorum comprobat.
Arg. — Si quæſtio, propriis de ſeruis in dominum iniqua eſt; de inimici ſeruis iniquior.
Sed ueſtra quęſtio eſt de ſeruis Clodij inimici noſtri, ergo.

Locus Topicus.

A pronuntiatis — ſed tamen maiores noſtri, &c.

Figuræ ſententiarum.

Ratiocinatio – tota periodus.

Figurę ſtructurę.

Traductio in numero plurali – in dominum de ſeruo quæri – ſeruo.
in reum de ſeruis accuſatoris – ſeruis.
Continuatio eiuſdem uerbi – quęri noluerunt. – quæri
cum quęritur – quæritur.
Alia continuatio — quia non poſſet.
inueniri poteſt.
Iteratio eiuſdem dictionis — non quia non poſſet, &c. — quia.
ſed quia uidebatur — quia.

N „ Age

„ Age uero, quæ erat &c.

His uerbis interrogauit Appius Clodij ſeruos: quod ei obijcit. Cic. nam eos edocuerat, quid eſſent dicturi.

„ In arcas — In carcere arcæ robuſtæ erant, ad maleficos homines includendos, teſte Sex. Pomp. id etiam refert Syluius in Comm.

Locus Topicus.

A contingentibus — modum quęrendi improbat, & infirmat. ſed modus multiplex; ergo contingens.

Figurę ſententiarum.

Dialogiſmus — heus ubi Ruſcio, ubi Caſca? Clodius inſidias fecit Miloni? fecit: certa crux. nullas fecit; ſperata libertas.

Ironia — ſubito arrepti in quæſtionem; tamen ſeparantur à cæteris, ne quis cum his colloqui poſſit — qua quid fieri deberet, non eſſe factum innuit.

Irriſio — Quid hac quæſtione dici poteſt integrius? &c.

Figuræ ſtructuræ.

Annominatio ſyllabica — QVAlis QVAEſtio — — { Qua. ſyll.

Traductio — quid hac quæſtione certius? — quæſtione — abl.
qualis quæſtio — — quęſtio — nom.
arrepti in quæſtionem — quæſtionem — accu.

Conuerſio — Clodius inſidias fecit Miloni? fecit, nullas fecit.

Conſecutio — certa crux. — — — — certa
quid hac quæſtione certius? — — certius.

Similiter cadens — quid hac quæſtione dici poteſt integrius? — integrius
quid incorruptius? — incorruptius.

„ Quod ſi nondum &c.

Amplificat à circunſtantijs puram Milonis mentem, candidam atque conſcientiam.

Amplificatio

Amplificatio ex his enaſcitur:

„ Romam reuertiſſe
„ celeritas reditus
„ ingreſſus in forum,
„ magnitudo animi.
„ uultus,
„ oratio,
„ populo,
„ Senatui,
„ publicis præſidijs,
„ poteſtati,
„ omnem Italię pubem,
„ cuncta populi Rom. arma.

} Circumſtantię amplificationem eandem parturientes.

„ Romam reuertiſſe &c.

Vide Aſconium, qui teſtatur Milonem ea nocte Romam reuertiſſe, qua Curia incenſa eſt.

„ Neque uero ſe populo &c.

Vide Appianum, a quo didiceris impetum in Milonem ad populum colloquentem factum fuiſſe.

Locus Topicus.

Ab adiacentibus — quia ſinceritas Milonis commonſtratur — ex qua hic Denominatur Milo ſincerus.

Figurę ſententiarum.

Euidentia, ſiue illuſtris explanatio — ad puram Milonis conſcientiam penitus exprimendam.

Figuræ Verborum.

Metaphoræ — res ipſa tot, tam claris argumentis, ſignisq. LVCEAT, — luceat
nullo ſcelere IMBVTVM — imbutum
nulla conſcientia EXANIMATVM — exanimatum.

Gradus — argumentis [1] — ſignis [2]
pura [1] — integra [2].

Repetitio — nullo ſcelere imbutum,
nullo metu perterritum, } nullo bis.

Alia repetitio —— quæ fuerit celeritas &c.
qui ingreſſus &c.
quę magnitudo &c. { Qui. Quę.
qui uultus &c.
quę oratio

Similiter cadens —— nullo ſcelere imbutum, } imbutum.
nullo metu perterritum, } perterritum.

Aliud ſimiliter cadens — prẹſertim omnia audienti, } audienti.
multa ſuſpicanti, } ſuſpicanti.
non nulla credenti } credenti.

Gradatio —— Neque uero ſe populo ſolum, ſed etiam ſenatui tradidit; neque Senatui modo — & quę ſequuntur.

Figuræ numeri.

Diſpondęus —— in principio huius periodi —— „ Quod ſi nondum —

„ Magna uis eſt conſcientiæ Iudices.

Confirmatio conſcientiæ Milonis per locum communem: & amplificatio reditus Milonis.

Locus Topicus.

Ab Adiacentibus —— „ Neque uerò ſine ratione certa &c.

Figuræ ſententiarum.

Contentio —— ut neque timeant, qui nihil commiſerint:
& pœnam ſemper ante oculos uerſari putent &c.

Figuræ verborum.

Metaphora —— ante oculos uerſari putent —— uerſari.

Figurę Structuræ.

Repetitio —— Magna uis conſcientię Iudices; —— Magna.
Magna in utranque partem &c. —— Magna.

Similiter deſinens — qui nihil commiſerint: —— —— commiſerint.
& pœnam ſemper ante oculos uerſari
putent, qui peccarint. —— —— peccarint.

Figuræ Numeri.

Diſpondęus —— —— —— qui peccarint. — — — —.

„ Neque uerò ſine, &c.

Ab auctoritate Senatus argumentatur, cauſſam Milonis ſine ratione non eſſe.

Locus

Locus Topicus.

A contingentibus — contingentia profecto ſunt, quibus innititur argumentando &c.

Figuræ ſententiarum.

Ratiocinatio — uidebant enim ſapientiſſimi uiri { facti rationem, præſentiam animi, defenſionis conſtantiã.

Figurę ſtructuræ.

Diſſolutio — facti rationem, præſentiam animi, defenſionis conſtantiam. } abſunt copulę.

„ An uerò obliti eſtis Iudices.

A rumoribus Milonis conſtantiam amplificat,

Locus Topicus.

A pronuntiatis — rumores pronuntiata ſunt.

Figuræ ſententiarum.

Sciſſitatio — An uerò obliti eſtis Iudices — & quæ ſequuntur.

Figurę verborum.

Metaphoræ — Incenſus odio. — incenſus.
Expleſſet odium. — expleſſet.

Figuræ ſtructuræ.

Traductio — incenſus odio, — odio.
expleſſet odium — odium.

„ ſiue enim illud, &c.

Vtitur dilemmate confutando rumores diſſeminatos: Milonem Romam non eſſe rediturum, ſic:

1. Siue Milo iratus, & odio incenſus trucidauit inimicum:
2. Siue, ut illius morte patriam liberaret,

1.

Si iratus, & odio incenſus trucidaſſet inimicum; non tanti mortem P. Clodij putaſſet, ut æquo animo patria careret.

2.

Si, ut illius morte patriam liberaret — non dubitaſſet fortis uir, quin cum ſuo periculo ſalutem Reip. attuliſſet, cederet æquo animo legibus, &c.

„ non dubitandum fortem uirum, quin cum ſuo periculo, &c.

Veram fortitudinem; ſiue magnanimitatem duabus in rebus potiſſimùm ſitam

tam tradit Cic. libro primo officiorum:

1. in contemnendis tum proſperis, tum aduerſis:
2. & in arduis rebus gerendis.

Quę ſita eſt in gerendis rebus arduis hic tangitur: in quibus inſunt labores, & pericula.

„ Multis etiam Catilinam, &c.

Opiniones illorum affert, qui opinabantur Milonem patrię bellum illaturum, ut plerique patria pulſi.

Locus Topicus.

A comparatis — adducit enim Catilinæ exemplum: & exemplum à comparatis complectitur.

Figuræ ſententiarum.

Breuitas diſtinctè conciſa — erumpet, occupabit aliquem locum: bellum patriæ faciet.

Figuræ verborum.

Metaphora — atque illa portenta loquebantur — ubi portenta accipiũtur pro patriæ pſecutorib'.

Figuræ ſtructuræ.

Diſſolutio — erumpet, —— ——
occupabit aliquem locum, } Hęc omnia ſine cõiunctionibus.
bellum patriæ faciet ——

„ miſeros interdum cines, &c.

Conqueſtio ad captandam commiſerationem.

Locus Topicus.

A Contingentibus — nam duo argumenta ſunt: obliuio: & ſuſpicio:

1. obliuio — non modo res præclariſſimas obliuiſcuntur
2. ſuſpicio – ſed etiam nefarias ſuſpicantur.

Figurę ſententiarum.

Epiphonema — Ergo illa falſa fuerunt, quæ certe uera extitiſſent, ſi Milo admiſiſſet aliquid, quod non poſſet honeſte, uereq. defendere.

Figuræ ſtructuræ.

Antitheta — non modo res præclariſſimas, &c. — pręclariſſimas.
ſed etiam nefarias, &c. — nefarias.
ergo illa falſa, &c. — falſa.
quæ certe uera, &c. — uera.

Conſecutio

Conſecutio — quæ certe uera extitiſſent, &c. — uera
uereq. defendere — — — uerè.

,, Quid? quæ poſtea ſunt in eum congeſta?

Exaggeratio ualde adaugetur à contemptu Milonis rerum timorem inferē-
tium, & præſertim maximarum: quo argumento ſinceram puramq. Mi
lonis conſcientiam indicat.

Locus Topicus.

A contingentibus — ſi contemptum reſpicimus.
Ab affectis — ſi quæ fecerit Milo in maximis contemnendis periculis
percutimus.

Figuræ ſententiarum.

Correctio — ut ſuſtinuit Dij immortalis? ſuſtinuit? imo uerò, ut contem
pſit, ac pro nihilo putauit?

Figuræ Verborum.

Metaphoræ — quæ poſtea ſunt in eum congeſta -- congeſta.
conſcientiam perculiſſent — perculiſſent.

Figuræ ſtructuræ.

Similiter deſinentia — ſuſtinuit? — — ſuſtinuit.
imò uero, ut contempſit, contempſit.
ac pro nihilo putauit? . putauit.
Antitheton — quæ neque maximo animo nocens nocens.
neque innocens — — innocens.

Figuræ numeri.

Spondęus, & Dactilus } Quid? quæ poſtea. — quid? quæ --- Spondæus.
poſtea — Dactilus.

,, Scutorum, gladiorum &c.

Rumores plurimos, illosq. grauiſſimos falsò diſſeminatos, & penè credi-
tos, ut augeſcat argumentatio, paucis tangit.

,, Frenorum, ſparorum, pilorumq. — Hæc omnia eſſe armorum gene-
ra lo. Baptiſta Egnatius uir do-
ctiſſimus credidit; & ſic ſermo-
ne Italico illa ipſa me audien-
te, dum explicandi auctores
publicum munus Venetijs obi-
ret, interpretatus eſt:
— frenorum — di ronche,
ſparorum — di ſpiedi,
pilorum — di dardi.

,, Conducta domus — in qua armati præ
ſto eſſent ad ur-
bem capiendam,
& diripiendam.

,, In uillam Otriculanam — hæc
uilla Milonis erat.

,, In

„ In cliuo Capitolino — Vide Topographiam Marliani urbis Romæ; Romam atque triumphantem Blondi Foroliuienſis; fœlicius tamen uiſitur in typo Cęſij ad Clementem vij. Pontificem.

„ Malleolorum — manipulorum ſcilicet picatorum ad inſtar mallei formatorum.

Locus Topicus.

A pronuntiatis; uel
A Contingentibus; agitur quippe de rumoribus, quos plerique ſeruerant.

Figuræ ſententiarum.

Topotheſia — quia loci ſcutis referti; & alij loci deſcribuntur non pro rei ueritate; ſed pro hominum opinionibus.

Epiphonema — hæc non delata ſolum, ſed penè credita: nec antè repudiata ſunt, quàm quęſita.

Figuræ ſtructuræ.

Similiter cadentia per articulos, ſcutorum, gladiorum, frenorum, ſparorum, pilorumq. — in his ſonoritas.

Aliud ſimiliter cadens — ſed penè credita: nec antè repudiata ſunt, quàm quæſita

Traductio — ſcutorum — ſcutorum.
domus in cliuo Capitolino ſcutis referta — ſcutis.

Repetitio — Nullum in urbe uicum, — nullum.
nullum angiportum eſſe dicebant — nullum.

„ Laudabam equidem incredibilem.

Quòd nimis multa adire coguntur, quibus eſt commiſſa Reſp.
Hinc nactus eſt Cic. occaſionem probandi lib. 1. Officiorum, maiorem gerentibus Remp. magnitudinem animi eſſe adhibendam, & uacuitatē ab angoribus; quam philoſophis: hęcq. illum apud legitur concluſio:
„ Quocirca non ſine cauſſa maiores motus animorum concitātur;
„ maioraq. efficienda Remp. gerentibus, quàm quietis.
Argumentum, ut dicunt, à neceſſario.
Ad timorem Pompeij ſe uertit, & in Milonis utilitatem conuertit.

Locus Topicus.

Ab adiacentibus — „ Laudabam equidem incredibilem diligentiam Pompeij — à diligentia dicitur diligens.

Figuræ

Gnome. ——— „ Nimis multa audire coguntur, &c.

„ Quin etiam audiendus ſit Popa Licinius
neſcio quis, &c.

Popa Licinius detulerat Pompeio ſeruos Milonis apud ſe ebrios factos, ſibi confeſſos eſſe de ipſo interficiendo Cn.Pompeio coniuraſſe, &c.


Vt huic fidem imminuat, obſcuritatem hominis notat dicendo;

„ Popa Licinius neſcio quis.

„ de Circo Maximo.

Franciſcus Syluius in ſuo Commentario coniectat Ciceronem ſignificare quendam de plebe ſacrificorum, qui ſolitus eſſet familias purgare: pollutam enim familiam Romani putabant, cum ex ea aliquis mortuus erat: ego autem opinor ſignificaſſe aliquem uilem & ſordidum hominem ex ijs, qui officinas in Circo Maximo habebant? uincat ueritas. In hanc me trahit opinionem hæc ratio; quòd purgator familiarum, qui perſonam publicam ſuſtinebat, & religionis neſcio quid olebat; priuatus inimicitias, ut puta Milonis, ſubire noluiſſet: ebrietati cum armatis operam non dediſſet: rem ad ſe non pertinentem, & tam periculoſam non tentaſſet; pluraq. alia ſe ſe incredibilia offerunt: uetùm ex altera parte, cum CircusMaximus eſſet officinis ſeptus; facile adducor, aliquam perſonam quæſtui intentam, & ſuboſcura id tentaſſe. Quòd Circus Maximus eſſet officinis ſeptus; patet ex deſcriptione Marliani, ubi agit de Circo Maximo; cuius formmam, ſic expreſſi; cum quibuſdam uerbis tranſcriptis.

N Officinæ



OFFICINAE.

Circus Maximus erat muro circumdatus, & chriſocolla (ut uocant) contectus; quod metallum funditur poſt aurum. Ducentorum millium uirorum conſeſſus circum circa extabant percommodi. Ibi prelia ludicra fiebant; ibi imbres, & alia huiuſmodi effingebantur. Inſuper aliquot templa mira quadam arte ædificata circum conſpiciebantur; hęc ſcilicet;

Templum Antonij,& Fauſtinæ. —— SS. Coſmæ, & Damiani.
Aerarium Saturni. —— —— S. Adrianus in tribus foris.
Aedes Cæſaris. —— —— Templum Pacis.
Templum Dianę. —— -- – S. Sabina.
Templum Cereris. — Hodie — S. Anaſtaſia.
Templum Herculis. —— – —— S. Stephani Rotundi.
Templum Pudicitiæ. — — — S. Maria Aegyptiaca.
Templum Neptuni; & Ara Proſerpinæ. S. Blaſius in uia Iulia.
Templum Deæ Floris. —— —— S. Vrſula.
Templum Dęę Veſtæ. —— —— S. Syluester —— vbi Moniales.
Domus aurea Neronis. —— — S. Maria Maior.
Sepulchrum Adriani. —— —— Caſtrum S. Angeli.
Sepulchrũ Agrippinæ matris Neronis. S. Potentiana.

Argumentationis nomen huius periodi eſt Inuerſio:

„ ueruntamen, ut intelligo, cauebat magis Pompeius, quam
„ timebat, non eà ſolum, quæ timenda erant, ſed omnia, ne ali
„ quid uos timeretis.

Ideſt, non timebat ipſe; ſed cauebat ne nos timeremus.

Locus Topicus.

A repugnantibus — repugnat.n. ebrius eſſe, & ſeria ac grauia cognoſcere.

Figurę ſententiarum.

Breuitas ſententiarum — Tota periodus id oſtendit.
Tapinoſis — Vulnus in latere, quod acu punctum, &c.

Figuræ uerborum.

Metaphora — metu exanimari.

Figuræ ſtructuræ.

Diſſolutio — Pompeio in hortos nunciauit. arceſſor imprimis. de amicorum ſententia rem defert ad Senatum.

Similiter deſinens — ebrioſorum confeſſionem ſeruorum audiri:
Vulnus in latere, quod acu punctum uideretur, pro ictu gladiatoris putari.

Continuatio eiuſdem uerbi — timebat, — timebat.
non ea ſolū, quę timēda erant. — timendà.
ſed oīa ne aliqd uos timeretis. — timeretis.

» Oppugnata domus Caij Cæſaris.

Alios affert rumores in Milonem falsò illatos: hoc eſt domum Caij Cæſaris oppugnatam.

Locus Topicus.

A loco — Oppugnata domus Caij Cæſaris, &c.
A tempore — per multas noctis horas, &c.

Figuræ ſententiarum.

Hypotipoſis rumoris falsò diſſeminati.

Figuræ ſtructurę.

Alliteratio — Caij Cæſaris clariſsimi — tres dictiones hæ incipiunt. a c.
Alia alliteratio — nimiam nullam — ab.n.
Similiter deſinens cum interuallo — per multas noctis horas nūciabatur;
tamen audiebatur.
Continuatio eiuſdem uerbi — nemo audierat,
tamen audiebatur:
Conſecutio pendens ab ultimo uerbo ſuperioris periodi — timeretis.
Timidum ſuſpicari — timidum.

Figuræ numeri.

Spondæus, & — ∪ ∪
Dactylus — ōppūgnāta domuſ – – | – ∪ ∪

 » Fre-

„ Frequentiſſimo Senatu nuper.

Hoc dictum fuiſſe à P. Cornificio Senatore teſtatur Franciſcus Sylvius.

„ nudauit ſe, &c.

Artificioſa eſt diſpoſitio argumentationis contra teſtes: nam incipit prius ab uno obſcuro.i. à Popa Licinio: deinde: deinde ſequitur à pluribus obſcuris, qui oppugnatam eſſe domum C. Cæſaris nunciabant: poſtremo in uno clariſſimo teſte deſinit, id eſt in Senatore.

De habitu Romanorum uide plura in Commentario Franciſci Sylvij. Vide Bayſium de re veſtiaria:

Locus Topicus.

A pronuntiatis — qui Milonem cum telo eſſe diceret, &c.

Figuræ ſententiarum.

Icon — nudauit ſe in ſanctiſſimo templo.

Figuræ ſtructuræ.

Conſecutio — Frequentiſſimo Senatu — Senatu
nuper in Capitolio Senator — Senator.

Gradus — 1. ciuis — 2. uiri.
1. falſa — 2. ficta.

„ Quòd tamen ſi metuitur, &c.

Sed ad diluendas ſuſpitiones Pompeij conuertit.

Locus Topicus.

A contingentibus — cum agat de ſuſpitione. ſuſpitio enim cõtingens eſt.

Figuræ ſententiarum.

Apoſtrophe — ſed tuas Cnee Pompei, te enim iam appello ea uoce, &c.

Figuræ ſtructuræ.

Varietas. — metuitur.
timemus,
perhorreſcimus.

„ ſi Milonem times, &c.

Propoſitione hypothetica uult probare arma, parata à Pompeio fuiſſe, ad ſanandas & confirmandas partes Reip. ægras, & labantes. Prima autẽ hypotheticæ parte, quę eſt hac in periodo, oſtendit, ſi Pompeius Milonem timet; id maximam Miloni laudem afferre; quum in eum & præſtantiſſimus Dux electus, & tota Reſpublica armata ſit.

Locus Topicus.

A Connexis — quia Dux Pompeius electus: & tangit Ducis connexa, quę ſunt arma, cohortes, excubiæ, uigiliæ, delecta iuuentus, & cætera hac in periodo emicantia.

Figuræ

Figurę ſententiarum.

Dubitatio — ſi Milonem times, &c.

Figuræ ſtructuræ.

Repetitio. — Si Milonem, &c.
ſi hunc, &c.
ſi Italiæ delectus, &c.
ſi hæc arma, &c.
ſi Capitolinæ, &c.
ſi excubiæ,
ſi uigiliæ,
ſi delecta iuuentus, &c.

Conſecutio — ſi hæc arma, — — — arma.
Contrą Milonis impetum armata eſt. — armata.

Gradus — 1. corpus — domum. 2.
1. magna — incredibilis. 2.
1. ius — animus. 2.
1. unum — tota. 2.
1. Dux. — Reſpublica. 2.

Annominatio — & non unius uiri uires — ui — ui. ſyllab.

„ Sed quis non intelligit, &c.

Inuerſio diligentiæ Pompeij in ſui fauorem.

„ Quòd ſi Miloni lucus.

Secundum Aſconium hæc dicta ſunt, a quo ſcriptum fuit, Milonem crebro adijſſe Pompeium; ab eo tamen admiſſum nunquam.

„ probaſſet profecto, &c.

Captatio beneuolentiæ ponendo Pompeium in inuidiam; cum adeo ſuperbum Pompeium inuenerit Milo, ut ſpreuerit eius collocutionem.

„ ſe à te poſtea defenſum, &c.

Perfuncto Tribunatu, Clodius eum de ui accuſauit.
Me ſuo — Cic. à Milone fuit in urbem reuocatus.

Locus Topicus.

Ab Actis, & ab effectis. } ſed quis non intelligit, omnes tibi, &c.

Figurę ſententiarum.

Purgatio — „ Quod ſi Miloni, &c.

Figuræ Verborum.

Metaphoræ — omnes tibi Reipublicę partes ægras, — ægras.
& labantes. — — — labantes.

Figuræ

Figuræ ſtructuræ.

Gradus —— 1 - ægras — labantes. 2.
1 - ſanares - confirmares. 2.
1 - te —— me 2.
1 - tuo —— ſuo 2.

Traductio — neminem unquam hominem homini chariorē,&c. hominē, homini.

Similiter deſinens — nullum ſe unquam periculum pro tua dignitate fugiſſe; — fugiſſe.
cum illa ipſa teterrimā peſte, ſæpiſſime pro tua dignitate contendiſſe. —— contendiſſe.

„ quæ ſi non probaret, &c.

In commiſerationem prolabitur; ut ad clementiam iudices rapiat; cuius cō miſerationis tota uis in eo conſiſtit; quòd pro patria Milo omnia ſit paſſurus.

Locus Topicus.

Ab adiacentibus —— amor patriç dilaudatur: à quo amicus patriæ denominatur: propterea adiacens.

Figuræ ſententiarum.

Breuitas diſtinctè conciſa — quæ ſi non probaret: ſi tibi ita penitus, &c.

Figuræ Verborum.

Metaphoræ - ſi tibi ita penitus inſediſſet iſta ſuſpitio; - inſediſſet } ſuſpitio nullo, ut euelli modo poſſit, —— euelli. } enim nō habet corpus.

Figurç ſtructuræ.

Repetitio. — ſi non probaret,
ſi tibi ita penitus, &c.
ſi denique Italia, &c.

„ Vide, quàm ſit uaria, &c.

Pathos a fortunç, & amicorum commutatione.

Locus Topicus.

A contingentibus — uarietas fortunæ.

Figuræ ſententiarum.

Nohema —— Vide, quàm ſit uaria, &c.

Figuræ ſtructuræ.

Gradus —— 1 — uaria — commutabilis.
1 — uaga — uolubilis.

Figuræ

Figurę ſtructuræ.

Repetitio — quantæ in periculis ſugę proximorum,
quantæ timiditates.

„ erit, erit.

Comminatur futurum, ut Pompeius deſideret beneuolentiam Milonis: docetq. amicos eſſe conſeruandos.

„ Experti debemus ſcire.

Hoc quippe experti ſunt Romani, & Syllæ, & Cinnæ, & Catilinæ tẽpore.

Locus Topicus.

A contingentibus — nam futura attingit; & de futuris non eſt determinata ueritas — ergo Contingentia.

Figuræ ſententiarum.

Ominatio — erit, erit illud profecto tempus, &c.

Figuræ verborum.

Tapinoſis — poſuit enim ſpero pro dubito, uel huiuſmodi uerbo; ut leuius ominaretur, & lenius pungeret.

Iteratio — erit, erit.

„ Quanquam quis hoc credat, &c.

Pompeium ſenſiſſe ait Milonem abſolui debere; quòd cùm iuris publici, moris maiorum, rei denique publicæ peritiſſimus eſſet, noluit de Milone iudicium ferre.

„ Nequid Reſpublica detrimenti caperet.

Hic uerſiculus erat, quò Romani, in maximo diſcrimine Remp. Conſulibus commendando, utebantur.

„ Hunc delectu dato, &c.

Contra morem datum eſt à Senatu, ut per Pompeium delectus in Italia haberi poſſet.

Locus Topicus.

Ab effectis, & à pronuntiatis —

Ab effectis — Quanquam quis hoc, &c. vſque — qui legem tulit.
A pronuntiatis — Qui legem tulit, &c.

Figuræ ſententiarum.

Correctio — corrigit non verbum, ſed ſententiam ſic —
„ Quanquam quis hoc credat, Cneum Pompeium, &c.

Epiphonema — ſatis armati ſemper Conſules fuerunt, &c.

Figurę Structuræ.

Conſecutio — ſatis armati ſemper — armati.

etiam

Traductio —— prę́ſidiorum copiis, &c. — prę́ſidiorum.
ſed præſidio eſſe ———— — prę́ſidio.

Nec uerò Iudices, &c.

Aſſumit extranea auxilia ad confutandum crimen Clodianum, hoc eſt Spurij Melij, & T. Gracchi.

Status hic eſt aſſumptiuus. Vide Rhet. ad Heren. de ſtatu iuridiciali aſſoluto, & aſſumptiuo, &c.

„ Nec uero Iudices, &c.

Mira diſpoſitio in diluendo: prius enim iure occiſum fuiſſe Clodium, quòd feciſſet inſidias Miloni. Deinde e Republica fuiſſe Clodium occidi: & cum ſumma gloria interfectoris interfici potuiſſe. Quoniam, quę magis impediunt, prius ſunt remouenda; ſed magis impediebat probare a quo eſſent inſidię profectæ; iccirco primùm inſidiatorem Clodium fuiſſe demonſtrauit,

„ Occidi, occidi non Spurium Melium, &c.

Argumentum à minore ad maius.

„ Qui annona leuanda, &c.

Comparatio criminis.

„ Qui collegæ magiſtratum per ſeditionem, &c.

Vide Plutar. in Gracchorum uita.

„ Auderet enim dicere, cum patriam, &c.

Parentheſis molliens ſententiam.

„ in puluinaribus ſanctiſsimis nobiliſſimę fœminæ, &c.

Supprimit nomē, nequem offendat: quod ualde in eiuſmodi obſeruandū eſt.

„ L. Lucullus iuratus ſe, &c.

Soror Clodij, ab eo conſtuprata, erat uxor Luculli. Vide apud Plutar. eius uitam, & uitam pariter Ciceronis.

Locus Topicus.

A comparatis —— comparat necem Clodij, cum nece Spurij Melij, & T. Gracchi.

Figuræ ſententiarum.

Apophaſis —— De qua, ſi iam nollem ita diluere crimen, ut dilui, tamē, &c.
Proſopopeia —— occidi non Spurium Melium, &c.
Hiperbole —— quorum interfectores impleuerunt orbem terrarum nominis ſui gloria.

Metaphoræ — Diluere crimen, &c. — diluere.
Quia nimis amplecti Plebem putabatur — amplecti.
In ſuſpicionem incidit regni appetendi — incidit.

Figuræ ſtructuræ.
Continuatio eiuſdem uerbi — ita diluere crimen, — diluere.
ut dilui — dilui.
Iteratio — occidi, occidi.
Repetitio — eum, cuius ſupplicio, &c. — eum.
eum, quem cum ſorore, &c. — eum.
Similiter deſinens — quem cum ſorore germana nefarium ſtuprum feciſſe. — feciſſe.
L. Lucullus iuratus ſe quæſtionibus habitis dixit comperiſſe — comperiſſe.

„ eum, qui ciuem, quem Senatus, &c.
Ponit in odium, & in inuidiam Clodium, eius nefaria ſcelera paucis narrando.
„ eum, qui regna dedit,
Brogitarus ſceleſtus Gallogræcus, ab eo Peſſinuntem emerat; & Regis appellationem impetrarat.
„ Ademit, &c.
Ademit porrò regnum Cyprium Ptolemeo Regi: & Deiotaro quoque regnum ademit.
„ orbem terrarum quibuſcum uoluit partitus eſt, &c.
Franciſcus Syluius ſcribit in Commentario, Clodium Tribunum Plebis ita prouincias partitum eſſe, ut aſſignarit totam Achaiam, Theſſaliam, Bœtiam, Græciam, Macedoniam, omnemq. Barbariam L. Piſoni: Aul.Gabinio verò Syriam, Babilonem, & Perſas.

„ uindiciis, &c.
Aſconius Pedianus affirmat, quòd actiones uindiciarum dicebantur, quum apud Prætores de rei poſſeſſione certabatur.

„ ac ſacramentis.
M. Varro ait ſacramentum appellari pecunias; quę ab utroque litigatore deponebantur ad ſacrum: & finito iudicio, uictor ſuam habebat pecuniam, uicti uerò in ærarium collocabatur.

„ qui huic T. Furfanio, &c.
T. Furfanius erat unus ex iudicibus illis.

„ cui uiro dij immortales?
Amplificatio, ut ſcelus Clodij in T. Furfanium grauius reddat.

„ Quid

„ Quid enim de muliercula, &c.

Per parentheſim debilia ting t, & artificioſè quidem.

„ mortuum ſe in domum eius illaturum.

Religioſus locus fit ex mortui illatione: fieri autem non poteſt nolente domino,uel habente ius communis proprietatis: uel uſusfructus: ſufficit enim ſemel conſenſiſſe. Imperator in Inſtit.tit.de rerum diuiſione,§.religioſum locum: quæ dicta fuere ex.l.intantum.§.religioſum.ff. eodem.

„ qui Appium fratrem.

Appium pulchrum intelligit; cui Cic. epiſtolas tertij ſcribit.

Locus Topicus.

Ab Actis — acta enim Clodij carpit; inq; illa inuehitur.

Figuræ ſententiarum.

Imitatio morum — mores tam graphice imitatur ipſius Clodij, ut appareat auarus, iniuſtus, tyrannus, &c.

Figuræ verborum.

Adiunctio — quem Senatus,quem populus,quem omnes gentes urbis, ac uitæ ciuium conſeruatorem iudicabant — uerbum,iudicabant, adiungi debet omnibus iſtis membris.

Adiunctio alia — in Remp. in priuatos,in longinquos, in propinquos, in alienos,in ſuos irruebat — & his clauſulis pariter adiungas oportet,ſæpius uerbum,irruebat.

Metaphoræ — ſed neſcio quomodo iam uſu obduruerat — obduruerat, & percalluerat — percalluerat.

Figuræ ſtructuræ.

Repetitio — eum,qui ciuem,&c. — eum.
eum, qui pluribus, &c. — eum.
eum denique,cui iam,&c. — eum.

Alia repetitio — quem populus, — quem.
quem omnes gentes — quem.

Alia repetitio — qui regna, &c. — qui.
qui pluribus cædibus, &c. — qui.
qui non calumnia litium,&c. — qui.
qui non ſolùm, &c. — qui.
qui cum architectis, &c. — qui.
qui Ianiculo, &c. — qui.
qui huic T. Furfanio,&c. — qui.
qui Appium fratrem, &c. — qui.

Gradus, ſiue paria paribus —	1. uirtute.	2. gloria.
	1. ui — —	2. armis.
Diſſolutio - ſed caſtris, exercitu,	1. facinore.	2. libidine.
ſignis inferendis.	1. fortiſſimum.	2. optimum.
Alia diſſolutio — in priuatos,	1. armis.	2. caſtris.
in longinquos,	1. architectis.	2. decempedis.
in propinquos,	1. uillas.	2. hortos.
in alienos,	1. Ianiculo.	2. Alpibus.
in ſuos —	1. ſplendidiſſimo	2. fortiſſimo.
Hęc omnia ſine cō iunctione.	1. obduruerat.	2. percalluerat.

„ quæ uerò aderant iam, &c.

Quæ Clodius feciſſet, ſi Pręturam adeptus eſſet imaginatur.

„ aut ferre Imperium, &c.

Refert Syluius Prętori Imperium Conſulare eſſe; quòd iiſdem auſpiciis, & Comitiis, Prætores, & Conſules crearentur.

„ Tetrarchas, &c.

Quoties regna in 4. partes diuidebantur; qui quartam partem regebat Tetrarcha appellabatur: & gentes quamlibet harum partium incolentes, Tetrarchię uocabantur.

„ aliberis medius fidius.

Sabini Romam uenientes; inter cętera, quæ eò connexere; tres eorum Dij enumerantur; ſcilicet Sanctus, Fidius, & Semipater: qui & ſi tres nomine eſſent: re autem unum erant. Propterea licet templum eorum in Quirinali illis tribus eſſet commune: Sancti tamen ſolo nomine appellabatur. His uerò nominibus in ethnicorum animos id opinionis irrepſit; ut maximum iuſiurandum crederetur, ſi quis hac in Deitate Trina, & una, Fidium eſſe in medio affirmaret; i deſt Fidium medium inter Sanctum, Semipatremq. Blond. in Roma Triumph. lib. 1.

Locus Topicus.

A conſequentibus, &c.

Figuræ ſententiarum.

Euidentia, &c.

Figurę verborum.

Adiunctio — omitto ſocios, exteras nationes, Reges, Tetrarchas, &c. quibus membris omnibus uerbum omiſſo eſt adiungendū.

Metaphora — „ effrenatas ſuas libidines — effrenatas.
cohibuiſſet? ——— — cohibuiſſet.

Adiunctio

Adiunctio alia —— „ ut in eos ſe potius mitteret, quàm in ueſtras poſſeſſiones, ueſtra tecta, ueſtras pecunias — & his quoque membris verbum mitteret adiungere neceſſe eſt.

Figuræ ſtructuræ.

Gradus —— 1 aderant --- impendebant. 2.
1 depellere -- ferre. 2.
Gradus alius —— 1 poſſeſſiones — 2 tecta — 3 pecunias.
1 liberis —— 2 liberis 3 coniugibus.

„ Fingi hæc putatis, &c.

Sequitur dicendo futurum, ut Clodius eius propter auaritiam totam Rep. resq. priuatas omnium poſſediſſet.

Locus Topicus.

A conſequentibus.

Figuræ ſententiarum.

Interrogatio —— Fingi hæc putatis, quæ patent, quę nota omnibus, quæ tenentur?

Figuræ Verborum.

Metaphora —— „ quæ patent --- patent.

Figuræ ſtructuræ.

Repetitio —— „ quæ patent, -- -- -- -- quę.
quæ nota omnibus -- -- quæ.
quæ tenentur -- -- -- -- quę.
Gradus —— 1 patent --- 2 tenentur.
1 Remp. -- 2 res priuatas.
Antitheton —— Remp.
Res priuatas.

„ Quamobrem ſi cruentum, &c.

Vult Milonem per confeſſionem tanti facinoris maximā laudem meruiſſe.

Locus Topicus.

A pronuntiatis, ſi quidem effinguntur hæc omnia à Milone dici, àq. uniuerſo orbe.

Figuræ ſententiarum.

Proſopopeia — inducit loquentem T. Annium cum gladio cruento.
Hiperbole ad ſingularem lætitiam exprimendam, „ maxima lętitia Populum „ Romanum, cunctam Italiam, nationes omnes afſeciſſe & dicat, & ſentiat.

Figuræ verborum.

Metaphoræ —— nullis iudiciis frenare -- — -- frenare.

à ceruicibus

Figuræ ſtructuræ.

Gradus — 1 adeſte --- 2 audite.
1 legibus --- 2 iudiciis.
1 ferro --- 2 dextra.
1 dicat --- 2 ſentiat.

Diſſolutio — ut ius, æquitas, leges, libertas, pudor, pudicitia in ciuitate manerent

Repetitio — qui non probet? — — qui.
qui non laudet? — — qui.
qui non unum, &c. — qui.

Similiter deſinentia — qui non probet? --- probet.
qui non laudet? — laudet.
plurimum Reip. profuiſſe — profuiſſe.
nationes omnes affeciſſe — affeciſſe.
& dicat, — dicat.
& ſentiat --- ſentiat.

„ Nequeo uetera illa, &c.

Amplificatio gaudij Rom. Populi, ueteribus uictoriis, hoc factum ſui temporis comparando.

Locus Topicus.

A comparatis — patet comparatione uictoriarum.

Figuræ ſententiarum.

Epiphonema —— ualet ad amplificandum; cùm addat ſemper aliquid acclamatione.

Figuræ ſtructuræ.

Antitheton — Nequeo uetera, &c. — — — uetera.
uictorias ætas noſtra uidit, &c. — ætas noſtra.

Figuræ Numeri.

Nequeo — dactylus in principio membri orationis - o. o.

„ mandate hoc memoriæ Iudices, &c.

Vaticinatur ob necem Clodij Romanos multa bona eſſe uiſuros; quæ illo uiuo nunquam uidiſſent; idq. ut diuinitus accidiſſe credatur.
Obſeruandum tamen eſt, quòd priuſquam ad hoc uaticinium, ſiue auguriũ peruenerit; reddidit Iudices attentos, ut altius eius radices infigerentur; dum dixit:

„ mandate hoc memoriæ Iudices, &c.

nam, qui afficit beneficio, non eſt ingrato animo compenſandus;

ſed

ſed Milo affecit beneficio Romanos Clodium interficiendo;
Ergo Milo non eſt, &c.

At cum beneficia ſint grato animo compenſanda; maiora, maiori: iccirco attentione hoc ipſum auget beneficium.

Locus Topicus.

A contingentibus —— ſperat Romanos multa in Rep. bona eſſe uiſuros, &c. — quæ contingentia ſunt.

Figurę ſententiarum.

Euphimiſmus: quoniam & ſi bene non precatur, bona tamen auguratur.

Figuræ ſtructuræ.

Iteratio — bona eſſe uiſuros, &c. — uiſuros.
uos uiſuros fuiſſe, &c. — uiſuros.

In ſpem maximam, &c.

Illum annum ſalutarem ciuitati fore ſperat, rationibus allatis.

Locus Topicus.

A tempore ——,, Hunc ipſum annum, &c.

Figurę ſententiarum.

Concluſio rationis.

Figuræ uerborum.

Metaphorę — concuſſa hominum licentia, — concuſſa.
cupiditatibus fractis, — — — fractis.

Figuræ ſtructuræ.

Diſſolutio — hoc ſummo uiro Conſule, concuſſa hominum licentia, cupiditatibus fractis &c.

Similiter cadens — cupiditatibus fractis;
legibus, & iudiciis conſtitutis;

,, Num quis igitur eſt tam demens, &c.

Quaſi per uiam increpationis repetit eadem, quæ alibi de Clodio dixerat ſuperius; uiuo Publio Clodio nihil horum uos uiſuros. nunc dicit;

,, num quis igitur eſt tam demens, qui hoc Publio Clodio uiuo
,, contingere potuiſſe arbitretur?

Increpatio, uel quaſi increpatio ardet in illis uerbis:

,, num quis igitur eſt tam demens,

His alia affertur amplificatio à priuatis commodis, & periculis.

Locus Topicus.

A contingentibus.

Figuræ

Figuræ ſententiarum.

Percunctatio — num quis igitur, &c.

„ Non timeo Iudices ne odio, &c.

Reſpondet obiectioni; quòd odio inflammatus inimicitiarum, hæc in Clodium euomat; dicendo communem fuiſſe omnium hoſtem Clodium, & in communi odiò penè æqualiter uerſari odium ſuum.

Locus Topicus.

A contingentibus.

Figurę ſententiarum.

Occupatio — non timeo Iudices, &c.
Epiphonema — Non poteſt ſatis, &c.

Figuræ verborum.

Metaphoræ — ne odio inimicitiarum mearum inflāmatus — inflāmatus.
libentius hęc in illum euomere uidear — — euomere.

Figuræ ſtructuræ.

Gradus — 1 dici — cogitari. 2.
1 ſceleris — ęxitij. 3.

„ Quin ſic attendite Iudices.

Colligit metum Clodij in ipſis iudicibus phantaſticè.

Locus Topicus.

A contrariis – quod in deſcriptione euidenti metus iudicū facile apparet.

Figuræ ſententiarum.

Hypotheſis.

Figuræ ſtructuræ.

Repetitio — Fingite animis, &c.
Fingite igitur, &c.
Traductio — liberæ enim ſunt cogitationes noſtrę, — cogitationes.
fingite igitur cogitatione, &c. —— cogitatione.
Varietas eiuſdem ſignificationis per uerba diuerſa:
„ ſic intuentur, —— intuentur.
„ ut ea cernimus, —— cernimus.
„ quæ uidemus. —— uidemus.

„ Quid uultu extimuiſtis?

Animaduerſio ficta, qua iudices expalluiſſe ait.
Enthimema — ſi mortuus terrorem incutit: ergo magis uiuus.
Argumentum augetur à perſona Pompeij — Quid, ſi ipſe Gn. Pompeius.

Locus

Locus Topicus.

A contingentibus — Quia uultu oſtendere timorem contingens eſt.

Figurę ſententiarum.

Sciſcitatio — Quid uultu extimuiſtis? &c.

Figuræ verborum.

Tranſlatio — inani cogitatione percuſſit — percuſſit.
Correctio — etiam ſi propter amicitiam, &c.

Figuræ ſtructuræ.

Repetitio — Quid uultu extimuiſtis? — Quid.
Quid, ſi ipſe, &c. — — Quid.
Antitheton — ille uos uiuus affecerat, — uiuus.
qui mortuus, &c. — — mortuus.
Verbũ idẽ, ſed non eiuſdẽ tẽporis — ut ea potuerit ſemper, &c. potuerit.
ſi is inquam potuiſſet — potuiſſet.
Varietas unius ſignificationis per diuerſa uerba. — Sic ipſum ab inferis excitare: uellet illum ab inferis reuocare.

„ Eius igitur mortis.

Concludit repugnanter; ut de nece Clodij lata quęſtio agnoſcatur ficta.

Locus Topicus.

A repugnantibus. — repugnat de eius nece latam eſſe quęſtionem, qui ſi eadem lege reuiuiſcere poſſet, lata lex nunquam eſſet.

Figurę ſententiarum.

Accommodatio argumentationis — Inter accommodationem, & definitionem hoc intereſt: quòd accommodatio ſimpliciter profertur: definitio uerò rem, de qua ſermo eſt, repetit. Sæpius tamen accommodatione utũtur oratores, nam per eam Definitio facilius internoſcitur. Alio nomine accõmodatio, expoſitio appellat; ꝗ exponat, ſiue declaret rem, eã pacto aliquo interpretando, ut ſi dicerem:
Accomm. — Fuit igitur fatalis neceſſitas.
Defin. — Fatalis neceſſitas eſt, quum res non humanis conſiliis; ſed diuina operantur neceſſitate.

Figuræ ſtructuræ.

Antitheton — eius igitur mortis, &c. -- mortis.
Cuius uita, &c. — — uita.
Traductio — qui ſi eadem lege, &c. — lege.
lata lex, &c. — — — lex.

„ Græci homines Deorum, &c.

Pulchrum eſſe tyrannum occidere.
Argumentatur ab exemplo — Græci fecerunt — ergo
Et nos facere debemus.

Locus Topicus.

Ab exemplo — patet ſupra.

Figuræ ſententiarum.

Percunctatio — quæ ego uidi Athenis? &c.

Figuræ verborum.

Metaphora — ſe ad ſupplicium rapi — rapi.

Figuræ ſtructuræ.

Repetitio — quas res diuinas, &c. — quas.
quos cantus? — quos.
quæ carmina? — — quæ.
Gradus — res. 1. — cantus. 2. — carmina. 3.
immortalitatem. 1. religionem. 2. memoriam. 3.

„ Confiteretur, confiteretur, &c.

Reuerſio ad defenſionem inſidiarum.

Locus Topicus.

A conſequentibus. — confiteretur ſi feciſſet, &c.

Figuræ ſententiarum.

Hypotheſis.

Figuræ ſtructuræ.

Conduplicatio — Confiteretur, confiteretur.
Idem uerbum — confiteretur.
confitendum.
Aliud uerbum idem — ſi feciſſet, — — — — feciſſet.
ſe feciſſe libertatis omnium cauſſa -- feciſſe.
Gradus — 1. magno animo — 2. libenter.
1. confitendum — 2. prædicandum.

„ Etenim ſi id non negat.

Si non præmium; ſaltem ueniam conſequeretur Milo: id contenditur.

Locus

Locus Topicus.

A comparatis — quia à maiori argumentatur: minus eſt enim uenia, quàm prȩmium.

Figuræ ſententiarum.

Interpretatio — Niſi uero gratius putat, &c.
Occupatio — Etenim id non negat, &c.

Figuræ ſtructuræ.

Repetitio — ex quo nihil petit, &c. — ex quo.
ex quo etiam præmia, &c. — ex quo.
Idem uerbum — ex quo nihil petit, — petit.
eſſent petenda — — petenda.

Si factum uobis non probaretur.

Natura cauſſȩ non pati, ut mentiatur.

Locus Topicus.

A cauſſa — ſi factum uobis non probaretur (quanquam qui poterat ſalus ſua cuique non probari) &c.

Figurȩ ſententiarum.

Occupatio — ſi factum uobis non probaretur, &c.

Figuræ ſtructuræ.

Idem uerbum — Si factum uobis probaretur, — — — ꝓbaret.
quanq̃ qui poterat ſalus ſua cuiq; nõ ꝓbari? — probari.
Annominatio — uiri
uirtus.
Antitheton — ciuibus grata cecidiſſet; — grata.
cederet ex ingrata patria — ingrata.
Aliud antitheton — quàm lætari, — lætari.
cæteros lugere — lugere.
Idem uerbum — quàm lætari cæteros, — lætari.
propter quem cȩteri lætarentur — lætarentur.
Traductio — ut quoniam noſtra, &c. — noſtra.
inuidiam noſtram putaremus — noſtram.

„ Nam quæ mihi, &c.

Probat fortes uiros laboribus, ac periculis laudem conſequi.

Locus Topicus.

Ab exemplo — nam ſui exemplum affert — Nam, quæ mihi contribuenda laus eſſet, &c.
A differentibus — quæ mulier ſceleratum ac pernicioſum ciuem occidere non auderet.

Figurę ſententiarum.

Sciſcitatio —— Nam, quæ mihi laus, & quæ ſequuntur.

Figurę ſtructurę.

Similiter deſinens —— ciuem occidere non auderet, — auderet.
ſi periculum non timeret, — — timeret.

„ Propoſita inuidia.

Per diſtributionem eandem ſententiam repetit.

Locus Topicus.

A definitione —— quia definit fortem uirum.

Figuræ ſententiarum.

Epihponema.

Figuræ ſtructuræ.

Diſſolutio —— Propoſita inuidia, morte, pœna.
Conſecutio —— uiri fortis, —— — fortis.
ut fortiter feciſſe pœniteat — fortiter.

„ Quamobrem uteretur eadem confeſſione, &c.

Concluſio oriens ab exemplis: ait enim T. Annium eadem confeſſione uſurum, qua Hala, qua Naſica, qua Opimius, qua Marius uſi ſunt.

Confeſſi ſunt	Hala	1	interfeciſſe	1	——	Sp. Melium.
	Naſica	2		2	——	Tib. Gracchum.
	Opimius	3		3	——	C. Gracchum
	Marius	4		4	——	L. Saturninum.

Locus Topicus.

A comparatis —— quę exempla complectuntur.

Figuræ ſententiarum.

Conceſſio

Figuræ ſtructuræ.

Repetitio —— —— qua Hala, —— —— qua
qua Naſica, —— —— qua
qua Opimius, —— —— qua
qua Marius, —— —— qua
qua noſmetipſi —— qua

Antitheton —— Et ſi grata Reſpublica eſſet &c. —— grata
ſi ingrata — — — ingrata.

Similiter deſinens — & ſi ingrata Reſpublica eſſet, lętaretur —— lætaretur.
ſi ingrata, tùm in graui fortuna cóſcientia ſua niteretur. — — niteretur.

„ Sed

„ Sed huius beneficij gratiam.

Probatio à Deorum uoluntate —— qui uoluere Clodium interfici, & tanti beneficij gratiam ſibi deberi putarunt.

Locus Topicus.

A ſubiectis

Figuræ ſententiarum.

Commendatio

Figuræ ſtructuræ.

Gradus —— —— { 1 Fortuna —— Pop. Rom. 1
2 Felicitas —— ueſtra. 2
3 Dij —— immortales. 3

„ Nec uero quiſquam &c.

Propoſitam rem declarat; & negantes Deum, Epicureosq. carpit.

Qui Deos omnino eſſe negarint, legitur apud Plutarchum lib. 1. de placitis philoſophorum.

Epicurus non negauit Deos eſſe; tamen curare hæc mortalia negauit.

Morata eſt hęc oratio; quia ſecundum uirorum bonorum mores conficta: uiri enim boni exiſtimant Deum eſſe: mouentur ſole; motu cœli, & ſignorum, ac cęteris mirabilibus mouentur.

Locus Topicus:

Ab adiacentibus —— in impios namque inuehitur; qui ſic ab impietate dominantur.

Figuræ ſententiarum.

Occupatio —— niſi, qui nullam uim celeſtem exiſtimat, numenúe diuinum &c.

Figuræ uerborum.

Metaphora – nec uiciſſitudines rerum, atque ordines mouent — mouent.

Figurę ſtructurę.

Repetitio — neque Imperij ueſtri magnitudo, —— neque.
neque Sol ille: —— —— —— —— neque.

Alia repetitio —— nec cœli, & ſignorum motus, —— —— nec.
nec uiciſſitudines rerum, atque ordinis mouent – nec.

Repetitio alia —— qui ſacra, —— —— —— qui.
qui cerimonias, —— —— qui.
qui auſpicia —— —— qui.

Conſecutio —— id, quod maximum eſt, —— maximum.
maiorum ſapientia —— —— maiorum.

Similiter deſinens– qui auſpicia & ipſi ſanctiſſimè coluerunt,– coluerunt.
& nobis ſuis poſteris prodiderunt —— prodiderunt.

Eſt, eſt profecto illa uis.

In tanto naturæ, ac tam præclaro motu ineſſe diuinitatem digladiatur.

Locus Topicus.

A comparatis, quia argumentum eſt a minori ad maius:
Si in his corporibus, atque in hac imbecillitate noſtra ineſt quiddam, quod uigeat, & ſentiat —— eo magis in hoc tanto naturæ, tam pręclarò motu.

Figurę ſententiarum.

Obiurgatio —— —— eſt eſt profecto illa uis &c.
Occupatio —— niſi forte &c.

Figuræ ſtructuræ.

Geminatio —— eſt, eſt.
Traductio —— neque in his corporibus, atque in hac — — — his. hac.

Iteratio cum interuallo —— ineſt quiddam, quod uigeat, & ſentiat; —— ineſt.
& non ineſt in hoc tanto, &c. —— ineſt.

Gradus —— 1 uigeat — ſentiat. 2.
1 tanto — — pręclaro. 2.
1 agimus — dicimus. 2.
1 uidere — — ſentire. 2.
1 qualis — — vbi. 2.

Repetitio —— qua ſapimus, — — — — — qua.
qua prouidemus, — — — — qua.
qua hæc ipſa agimus, &c. — qua.

„ Ea uis, ea eſt igitur.

Concluſio, qua probatur uoluntate diuina Clodium perijſſe. Argumentatio hęc eſt:
Si diuina uis eſt in hoc tanto, tam præclaro motu; ergo quicquid fit, uoluntate diuina fit:
Sed diuina uis eſt in hoc tanto, tam præclaro motu — id probauit præcedentibus periodis — ergo
Clodius uoluntate diuina perijt.

Locus Topicus.

A fine —— uoluntas enim diuina affertur pro cauſſa finali.

Figuræ ſententiarum.

Concluſio rationis.

Figuræ ſtructuræ.

Geminatio cum interuallo — Ea uis, ea eſt igitur — Ea; Ea.

Similiter

Similiter deſinens —— quę ſæpe incredibiles huic urbi felicitates, atque opes attulit: —— attulit:
quæ illam perniciem extinſit, ac ſuſtulit. —— ſuſtulit.

Gradus —— 1 extinxit —— ſuſtulit. 2.
1 ui. —— — ferro. 2.
1 irritare —— — laceſſere. 2.
1 impunitatem — licentiam. 2.

Conſecutio —— uincereturq. ab eo, —— —— uinceretur.
quę ſi uiciſſet —— —— uiciſſet.

„ Non eſt humano conſilio.

Inſectatur uitam Clodianam per exclamationem.
Exclamatio quęlibet habet uim amplificandi.
Recte illa utimur poſt argumentationem: ut eam amplificet.

Locus Topicus.

A contingentibus.

Figuræ ſententiarum.

Exclamatio —— Non eſt humano conſilio, &c.
Proſopopeia —— Religiones me hercule ipſæ, areq. cum illam belluam cadere uiderunt, &c.

Figuræ ſtructuræ.

Gradus — 1 -- humano -- mediocri. 2.
1 -- conſilio --- cura. 2.
1 -- religiones --- aræ. 2.
1 — commouiſſe —— retinuiſſe. 2.

Conſecutio —— uiderunt.
uidentur.

Complosio —— commoui, ſe ſe SE SE.
Alliteratio —— in illo.

„ Vos enim Albani tumuli.

Conuertit ſermonem ad ea loca, adq. res eas, ubi Clodius uitam amiſit.
In Appia uia Clodius interemptus eſt, cui Albani tumuli iminebant.

„ obruptę arę, &c.

Hiſtoricè dictum; Albano Longam diruerunt, & quęque Romã tranſtulerũt.

„ Latialis Iuppiter, &c.

Sic dictus, quòd Latio præerat. Eius templum Albano in monte extabat; cui, Latinis feriis, ſacrificia quotannis à P.R. peragebantur. Sed feriæ Latinę his circunſtantiis clarebant.

Cauſſa

Cauſſa.	Loco.	Tempore.	Perſona.	Re.
Olim inter Latinos, Volſcos, Hernicos, & Romanos bellum fuit: orta deinde pax eſt; quare accepimus Tarquinium Superbum cōſtituiſſe, Ioui Latiali Sacrificium; ut pax firmior, & diuturnior eſſet.	In Albano mōte; qui ab his populis ęquali penè interuallo diſtabāt.	Quotannis; ſed certo quodā anni die: & per tres dies.	Romani. Latini. Volſci. Hernici.	Taurus ſacrificabatur à Romanis, Latinis, Volſcis, & Hernicis; reliquæ ciuitates afferebāt ALIAE: Agnos. Caſcos. Lac. Aliud.

„ Seræ, ſed iuſtæ tamen; & debitæ pœnæ.

Tarda eſt ira diuina; ſed tarditatem grauitate compenſat: ideò antiqui finxere laneos pedes Deos habere, quòd improuiſo, quòdq. tardè ad luendas pœnas homines cogerent.

Locus Topicus.

A loco — Albani tumuli;
atque luci, &c.

Figurę ſententiarum.

Apoſtrophe — Vos enim Albani tumuli, &c.
Tuq. ex tuo edito monte Latialis ſancte Iuppiter.

Figuræ verborum.

Metaphora — quam ille omni ſcelere POLLVERAT.

Figuræ ſtructuræ.

Gradus — 1 tumuli — luci. 2.
1 Imploro — obteſtor. 2.
1 ſociæ — æquales. 2.
1 cæſis — proſtratis. 2.
1 ſanctiſſimis — inſanis. 2.
1 lucis — molibus. 2.
1 aræ — religiones. 2.

Repetitio — vos enim Albani tumuli, atque luci, — uos.
uos inquam implero, atque obteſtor, — uos.
uoſq. Albanorum obrutæ arę, &c. — uos.

Alia repetitio — ueſtrę tum aræ, — ueſtræ.
ueſtrę religiones — ueſtræ.

Iteratio

Iteratio cum interuallo — VOBIS illæ, VOBIS ueſtro,&c.

„ Niſi forte hoc etiam, &c.

Dicit Bonam Deam pœnas uiolatæ religionis a Clodio repetiſſe: & ſi iudicium humanum; diuinum tamen fugere non potuiſſe.

„ Sacrarium Bonæ Deę;

Ideſt in loco, in quo Bonę Deę ſacellum erat.

Locus Topicus.

Ab effectis — antę ipſum inquam Bonam Deam cũ prelium cõmiſiſſet, &c.

Figurę ſententiarum.

Ironia — Niſi forte hoc etiam caſu factum, &c.

Figurę ſtructurę.

Traductio — Bonę Deę,
Bonam Deam.

„ Nec uerò non eadem, &c.

Clodium nullo funere condecoratum indicat: id tamen uoluntate diuina accidiſſe confirmat.

„ Sine imaginibus.

Ab Acaſto funebres ludi inuenti fuerunt; quem Theſeus in Iſthmo ſecutus eſt; ibi enim & ipſę funebres ludos inſtituiſſe ferunt.

„ ſine laudationibus.

6. Funebris oratio initium ſumpſit apud Gręcos a Solone, qui teſte Gellio libro 17. Tarquinio Priſco Romæ regnante, leges Athenienſibus dedit. Apud Romanos, cum primus Valer. Publicola orationem funebrem de Bruti laudibus habuiſſet; adeò placuit, ut ex eo conſuetudo manarit, ab optimatibus laudandi, qui fortiter pugnando oppetiiſſent. Hinc demortuorum laudem fluxiſſe teſtantur. Adde mulieres Romanas, quę & ipſę poſt mortem Senatus Conſulto laudari meruere, propterea quod (ut inquit Plutarchus in uita Camilli) ornamenta aurea, quibus utebantur, ad conficiendam pateram, in Delphum mittendam contribuerunt.

„ ſine imaginibus, &c.

1. Ad funus oohoneſtandum imagines maiorum familię deferebantur.

„ ſine cantu.

2. Tubas in funeribus, tibias quoque, ac tympana adhibebant; ut horum ſono inſtrumentorum lugentes excitati; dolorem ſentirent minorem: ſic Alexander Aphrodiſ. in Problem. ait. Macrobius uerò lib. de ſomnio Scipionis 2. uult antiquos inſtituiſſe, ut mortui cum cantu ad ſepulturam

proſequerentur; quod poſt corpus, animę ad originem dulcedinis Muſicæ, ideſt ad cœlum redire crederentur.

„ ſine ludis.

3\. Ludi erant diuerſorum generum, ut Gladiatorum, qui ſinguli, bini, terni, quaterni, quini, ſeni, deni, & ultra in arenam nudi deſcendebant, mutuoq. ſe acuto ferro petebant: pauci uerò ad Lemniſcatum hoc eſt (ut explicat Feſtus) ad gloriam ſex uictoriarum peruenere propter huiuſmodi pugnæ periculum. Laniſtę, ideſt horum gladiatorum magiſtri, eos in arenam producebant.

Ludi Circenſes, in quibus uaria afferebantur ſpectanda, ſed magnifica, & mirifica. uaria pariter animalia claudebantur ad depugnandum cum hominibus; ut Elephanti, Leones, Pantheræ, & Tygres, Camelopardales, aliaq. Blond. lib. 2. Rom. Triumph.

„ ſine exequiis.

4\. More priſco pręcedebat funus, homines ſequebantur, quaſi poſt ipſum mortuum morituri, ſubſecuturiq. a quibus ſupremum uerbum dicebatur: Vale, nos te ſequemur. Hinc exequias dictas opinatur Donatus; illum Terentij locum explicans;

„ Funus interim procedit, nos ſequimur.

Ordo iſte non fuit perpetuus, ſed aliquando mutatus. Nam teſte Seruio enarrante locum apud Virgilium de Pallante: ad honorem pręſertim Regum, & Nobilium, cum facul is præcedebat populus. Et noſtra ætate, deferentes lumina, & alij præcedunt.

„ Sine lamentis.

5\. In demortui laribus quidam quaſdam pelles inſidentes deplorabant: mulieres unguibus ora fœdabant. Interea tubæ funebres flebilem mæſtūq. ſonum emittebant: fœminæ Præficæ appellatę, & pretio conductæ, magnis ac artificioſis plangoribus mortui geſta narrabant. Hæc lamenta, nenia dicebantur; uel quòd ad tubarum ſonitum fierent: uel à uoce græca, qua nouiſſimum ſignificaretur; quaſi uerba nouiſſima in mortui laudem prolata.

„ ſine laudationibus.

6\. Vide paullo ſuperius. 6.

„ ſine funere.

7\. Funus dicebatur à funibus pice illitis, quibus ante inuentionem ceræ utebantur accenſis, dum mortuos ad ſepulturam affectarentur. Lumina ergo, uexilla inſuper, ſigna, & huiuſmodi, ſub funeris nomine ſignificabātur.

„ amburereiur.

Ante Syllam non exurebant corpora mortuorum; ſed Sylla auctor fuit illa

ipſa

ipſa corpora exurendi, nam cum uiciſſet, Marij cineres, oſſaq. diſſipauit; iccirco dubitans ne poſt mortem, ſibi quoque idem accideret; iuſſit ſuum corpus comburi; quare cęteri idem poſtea fecerunt, ſed non omnes. Blond. in Rom. Triumph. lib. 2.

Locus Topicus.

Ab affectis — cum dicat Deorum iram tantam ſatellitibus Clodij amentiam inieciſſe, ut amburеretur etiam abiectus.

Figurę ſententiarum.

Illuſtratio — ut ſine imaginibus, &c.

Figuræ verborum.

Metaphora — Iniecit amentiam :: Iniecit.

Figuræ ſtructuræ.

Repetitio — ſine cantu, ſine ludis, ſine exequiis, ſine lamentis, ſine laudationibus, ſine funere. } ſine.

„ Non fuiſſe credo, &c.

Non fuiſſe fas, imagines illuſtrium uirorum familiæ Clodianæ circumferre; ut aliquid decoris parricidę Clodio afferrent; ſed corpus eius laniari in eo loco, in quo eius uita eſſet damnata; nempe in Curia.

„ Vita eſſet damnata.

In Franciſci Syluij Commentario legitur, ducentis Senatuſconſultis Clodium fuiſſe confixum.

Locus Topicus.

A loco — neque ullo in loco, &c.

Figurę ſententiarum.

Exclamatio — non fuiſſe credo fas, &c.

„ Dura mihi medius fidius, &c.

Ponit in odium ipſum Clodium, enarrando, quę impie, quæ crudeliter, quę flagitioſe, quę turpiter, quę tyrannicè fecerit.

„ polluerat ſtupro ſanctiſſimas religiones.

Ad ſacra Bonę Deę redit; quę cum Cęſaris uxore uel polluit; uel polluere conatus eſt.

„ Senatus grauiſſima decreta perfregerat.

Forte ſignificat P. Clodium in ſuo Tribunatu Decreta de opprimenda con-

iurationé Catilinę perfregiſſe.

„ pecunia, ſe palam à iudicibus redemerat.

Apud Plutarchum ſcriptum offendes, Clodium iudices corrupiſſe; ſeq. pecunia in cauſſa de inceſtu liberaſſe.

„ Reip. geſta reſciderat.

Vide in Plutarcho Pompeij uitam; cuius actis non pepercit.

„ me patria expulerat.

Vitam M. Tullij Ciceronis euolue, in qua; quibus fuerit affectus iniurijs a Clodio, internoſcere licuerit: ſed præſertim in oratione poſt reditum in Senatu.

„ hoc anno.

Futuro ſcilicet.

„ Cn. Pompeium &c.

Occupat, quæ ſibi obeſſe poterant.

Tota hæc periodus eſt amplificatio per enumerationem &c.

Locus Topicus.

Ab effectis, quę ubique effulgent.

Figuræ ſententiarum.

Commoratio; quia ad uitam Clodij regreditur; & eius flagitia refricat.

Figuræ verborum.

Metaphoræ —— DVRA mihi &c.
INSVLTARE uideret.
POLLVERAT ſtupro.
inſtabat,
urgebat.

Gradus —— —— —— —— { 1 durá —— crudelis 2
1 uideret —— pateretur 2 }

Similiter deſinentia - Senatus grauiſſima decreta perfregerat.
pecunia ſe palam à iudicibus redemerat.
omnium ordinum conſenſu pro ſalute Reip. geſta reſciderat,
me patria expulerat,
bona diripuerat.
domum incenderat.
uaſtarat Hetruriam.
multos ſedibus, ac fortunis eijecerat.

Hiperbole —— —— Capere eius amentiam ciuitas, Italia, prouinciæ, regna non poterant.

Diſſolutio

Diſſolutio — ciuitas, Italia, prouinciæ, regna.
Continuatio — Obſtabat eius cogitationibus &c.
qui poterat obſtare.
Iteratio cum interuallo — Cęſaris potentiam,
ſuam potentiam eſſe dicebat.

„ Hic Dij immortales &c.
Conſilium diuinum per amplificationem probat.

Locus Topicus.
Ab antecedentibus — hic Dij immortales, ut ſupra dixi, mentem dederunt illi perdito, ac furioſo.

Figuræ ſententiarum.
Exclamatio —— hic Dij immortales &c.

Figuræ uerborum.
Metaphora — Aliter perire peſtis illa non potuit — peſtis.

„ Senatus credo eum &c.
Argumentum à minore ad maius:
Si Senatus non potuit cohibere priuatum;
Quomodo Prętorem?

Locus Topicus.
A Comparatis — probatur ex argumento à minore ad maius; in quo ineſt comparatio.

Figuræ ſententiarum.
Ironia — — Senatus CREDO. &c.

Figuræ Verborum.
Metaphora — eum CIRCVMSCRIPSISSET.

„ An Conſules in Prætore. &c.
Futura ſcelera Clodij, ſi diutius uixiſſet, tangit: qui breui ad occaſum Rēp. ipſam impuliſſet.

„ ſuos Conſules, &c.
Hypſæum uidelicet, & Scipionem; qui Clodio erant coniunctiſſimi; & nunquam ab eo diſſentiſſent.

Locus Topicus.
A conſequentibus — An Conſules Prætore coercendo, &c.

Figuræ ſententiarum.
Epiphonema — omnia poſſideret, teneret, &c.

Figuræ

Metaphoræ — in eam mentem impuliſſent — impuliſſent.
ut homo effeminatus —— effeminatus.

Figuræ ſtructuræ.

Traductio —— fortes fuiſſent —— fortes.
Conſul fortis eſſet – fortis.

Conſecutio — Milone occiſo — — occiſo.
conaretur occidere – occidere.

Conſecutio alia — Conſul fortis eſſet. — — —— Conſul.
Tribunum uirum Conſularem – Conſularem.

Alia conſecutio — Conſul fortis eſſet. — fortis.
fortiſſimum uirum. — fortiſſimum.

Diſſolutio — omnia poſſideret, teneret, lege noua, &c.

Antitheton — ſeruos noſtros, — ſeruos.
libertos ſuos feciſſet — libertos.

„ An ille Prætor, &c.

Quòd mortuus Sex. Clodio duce Curiam incenderit.

„ Sex. Clodio.

Ab hoc, corpus Clodij ex Roſtris in Curiam latum fuit; dumq. illud exureret, Curiam incendit.

Locus Topicus.

Ab effectis — An ille Prætor, &c.

Figuræ ſententiarum.

Correctio — ſi modo hæc templa, &c.

Figuræ ſtructuræ.

Antitheton — ille denique uiuus, &c. uiuus.
qui mortuus uno, &c. — mortuus.

„ Quo, quid miſerius.

Incendium Curiæ ualde amplificat; ut perſuadeat Clodium eſſe in perniciē; uel potius in occaſum Reip. ortum; cum eius mors tantum damni illi inuexerit.

Locus Topicus.

A loco —— templum ſanctitatis, amplitudinis, mentis, &c.

Figuræ ſententiarum.

Percunctatio, qua utimur reprehendendo, amplificando, & huiuſmodi peragendo ——
„ Quo, quid miſerius? quid acerbius? quid luctuoſius uidimus.

Figuræ uerborum.

Metaphoræ – caput urbis, ——— ——— ——— – caput.
aram ſociorum, ——— ——— ——— aram.
portum omnium gentium. ——— ——— portū.
ſedē ab uniuerſo populo Rom. cōceſſam uni ordini, – ſedem.

Figuræ ſtructuræ.

Repetitio — quid miſerius? — quid.
quid acerbius? — quid.
quid luctuoſius? — quid.

Diſſolutio — templum ſanctitatis, amplitudinis, mentis, conſilij publici, caput urbis, aram ſociorum, portum omnium gentium, ſedem ab uniuerſo P. R. conceſſam uni ordini.

Alia diſſolutio — inflammari, exſcindi, funeſtari, &c.

Iteratio cum interuallo — qui cum tantum auſus ſit ultor, &c. – auſus.
ſignifer pro uiuo non eſſet auſus? — auſus.

Contrarium — auſus ſit ultor pro mortuo; ——— ——— mortuo.
qui ſignifer pro uiuo non eſſet auſus — uiuo.

„ In Curiam potiſſimum abiecit.

Futurum ait, ut ſpirante Clodio, forum non potuiſſet defendi; cum Curia eius non reſtiterit cadaueri. Hæc ſententia coniuncta eſt cum proximi periodi ſententia.

Locus Topicus.

A loco — In Curiam potiſſimum abiecit, &c. – Curia.
ſunt qui de uia Appia, &c. ——— – uia Appia.

Figuræ ſententiarum.

Percunctatio — & ſunt, qui de uia Appia querantur, taceant de Curia? ecquando ab eo ſpirante forum potuiſſet defendi, &c.

Figuræ Structuræ.

Contrarium — ut eam mortuus incenderet, — mortuus.
quam uiuus euerterat ——— uiuus.

Traductio – In Curiam potiſſimum abiecit, ——— Curiam. } in diuerſis caſibus.
taceant de Curia? ——— ——— Curia.
cuius non reſtiterit cadaueri Curia? — Curia.

„ Excitate, excitate eum ſi, &c.

Deſideriū fauendi Clodio prorſus abſtergere conatur ab iis, q̄ ſecuta ſunt.

Locus Topicus.

Ab effectis — niſi uerò ſuſtinuiſtis eos, qui cum facibus ad Curiam cucurrerunt; cum facibus ad Caſtoris, &c.

Figuræ

Figuræ ſententiarum.

Demonſtratio — ſuſtinuiſtis eos, qui cum facibus, &c.

Figuræ verborum.

Tranſlatio — Frangetis impetum uiui — frangetis.
Alia tranſlatio — cum gladiis toto foro uolitarunt. — uolitarunt.

Figuræ ſtructuræ.

Iteratio ſine interuallo, ideſt abſque aliorum uerborum interpoſitione.

,, excitate, excitate.

Repetitio — cum facibus ad Caſtoris, — — cum.
cum gladiis toto foro uolitarunt — cum.

,, Cędi uidiſtis P. R.

Laudat M. Cælium Tribunum Plebis a fortitudine, aq. fide.

,, M. Cælius Tribunus Plebis, &c.

Hic aduocauit concionem, ut Milonem excuſaret. Sed, dum oraret, cęteri Tribuni in fugam coniecerunt Milonem, ipſumq. Cælium; irrueruntq. in alienas domos.

Locus Topicus.

Ab effectis pariter — Cædi uidiſtis P. R. &c.

Figurę ſententiarum.

Demonſtratio, ut ſuperior; qua tota actio, ſiue diſturbatio, & irruptio ſic demonſtratur, ut penè oculis cernatur.

Figuræ ſtructuræ.

Gradus — 1 fortiſſimus — firmiſſimus. 2.
1 uoluntati — auctoritati. 2.
Alius gradus — 1 inuidia, — ſingulari. 1.
2 fortuna, — diuina. 2.
3 fide, — incredibili. 2.

,, Sed iam ſatis multa de cauſſa, &c.

Ad perorationem delabitur; in qua mouere ad commiſerationem iudices conatur.

Id ab eo fit per deprecationem; poſtulat namque, ut Milonis miſereatur. Hoc in iudicio non poſſet uſu uenire; niſi pro eo Cicero diceret, cuius multa rectè facta conſtabant.

Vtitur autem deprecatione ipſa in fine, quia defenſoris fungitur officio; & defenſoris finis eſt in huiuſmodi cauſſis mouere iudicem ad clementiam. Probatur ex his, quæ in Cic. Partitionibus leguntur. Illud operis efficere debet defenſor in quacunque orationis parte; ſed præſertim in peroratione;

in peroratione; quæ motui præſertim deſeruit; inq. illa motus faces conſumuntur; ſiue concitatus; ſiue lenis ſit.

Obſeruandum eſt tamen hoc eſſe mirum excitandę commiſerationis exemplum.

Locus Topicus.

Ab Actis — Quid reſtat? niſi, ut orem, obteſterq. &c.

Figurę ſententiarum.

Sciſſitatio — Quid reſtat? niſi, ut orem, obteſterq. uos iudices, &c.

Figuræ ſtructuræ.

Iteratio cum interuallo. – Sed iam ſatis multa, &c. —— — – multa.
extra cauſſam etiã nimis fortaſſe multa – multa.

Traductio —— Sed iam ſatis multã de cauſſa, —— cauſſa.
extra cauſſm etiam —— —— cauſſam.

Gradus —— 1 orem —obteſter. 2.
1 imploro expoſco. 2.

Continuatio —- quam ipſe non implorat, —— implorat.
hoc & imploro,& expoſco — imploro.

„ Nolite ſi in noſtro omnium fletu, &c.

Studet à uirtute, aq. animi altitudine Milonis miſericordiam commouere; quoniam uirtus,atque altitudo animi maiorem commouent commiſerationem; quàm humilitas, obſecratioq. – lege. 1. Rhet. Cic.

Locus Topicus.

Ab Adiacentibus —— quia fortitudine, qua ornatus erat, dicit Milonem nullam lachrymam emiſiſſe.
Vir fortis non plorat:
At Milo eſt uir fortis, &c.

Figuræ ſententiarum.

Deſcriptio — deſcribit uirum fortem à ſiccis oculis, à uultu ſemper eodem,a uoce ſtabili,ab oratione non mutata.

Figuræ verborum.

Metaphora — ſi orationem ſtabilem — ſtabilem.

Adiunctio —— ſi uultum ſemper eundem, ſi uocem, ſi orationem ſtabilẽ, ac non mutatam uidetis —— VIDETIS adiungitur omnibus ſuis membris.

Figuræ ſtructurę.

Repetitio —— ſi uultum ſemper eundem, —— ſi.
ſi uocem; ——— ——— ſi.
ſi orationem ſtabilem, &c. —— ſi.

„ Etenim ſi in gladiatoriis pugnis, &c.

Probat argumẽtat. à minore ad maius fortiſſimos eſſe miſericordia dignos.

Minor — ſi ingladiatoriis pugnis, & in infimi generis hominum conditione, atque fortuna, timidos & ſupplices, & ut uiuere liceat obſecrantes, etiam odiſſe ſolemus: fortes, & animoſos, & ſe acriter ipſi morti offerentes ſeruare cupimus; eorumq. nos magis miſeret, qui noſtram miſericordiam non requirunt; quàm qui illam efflagitant.

Maior — quanto hoc magis in fortiſſimis ciuibus facere debemus?

Locus Topicus.

A comparatis — argumentatur à minore ad maius: ideo &c.

Figuræ ſententiarum.

Icon — fortis infimi generis imaginem exprimit: & uiri fortiſſimi.

Figuræ ſtructuræ.

Gradus —	1 pugnis	—	generis.	2.
	1 gladiatoriis	—	infimi.	2.
	1 conditione	—	fortuna.	2.
	1 timidos	—	ſupplices.	2.

Conſecutio — fortes, & animoſos, &c. — fortes.
quanto hoc magis in fortiſſimis ciuibus — fortiſſimis.

Alia conſecutio — eorumq, nos magis miſeret, — miſeret.
qui noſtram miſericordiam, &c. — miſericordiam.

„ Me quidem Iudices exanimant, &c.

Milonis amor in patriam graphicè deſcribitur, per ea uerba, quę ab eo dicta effinguntur:

„ Valeant, inquit, ualeant, &c.

Verùm, ut miſericordia captetur effecta ſunt.

Hęc ora io, uſque ad orationis finem pathetica eſt. Sed quoniam oratio quęlibet pathetica, eſt & morata; & morata pariter pathetica eſt: præcipue tamen dicitur morata; quum orator mores alicuius docere ſtudet; ex ijs, quæ ab aliquo, uel de aliquo dicuntur: & pathetica; quæ præcipue aliquam animi perturbationem commouere uult. Simul quidẽ hæc ſunt; at intentionis fine diſtinguuntur. Poſſumus quidem patheticam, & moratam illam ipſam orationem appellare; nam quoad Ciceronem orantem pro Milone, pathetica eſt; in commiſerationem enim totus delabitur; & iudices ad clementiam impellere conatur: Quo ad Milonem bene in patriam ominantem, eſt morata; mores nempe Milonis exprimuntur; qui patriam ſemper amauit; qui fortis ſemper fuit. Verum enimuero potius pathetica dicitur; quia præcipuus finis orantis eſt ad commiſerationem, adq, clementiam iudices commouendi. Sed de his alibi a me actum fuit.

Locus Topicus.
A pronunciatis —— A Milone dicta quippe enarrantur.

Figurę ſententiarum.
Proſopopeia — tribuuntur ſanè uoces Miloni, quę a Cic. pronunciantur.

Figuræ verborum.
Metaphoræ — me quidem Iudices exanimant, & interimunt hæ uoces: EXANIMANT, & INTERIMVNT metaphorę ſunt: uoces profectò neque exanimare; neque interimere aſſolent.

Figuræ ſtructuræ.
Gradus — 1 exanimant – interimunt. 2. }
1 audio —— interſum. 2. } paria paribus —— bina ſcilicet binis.
1 aſſiduæ —— quotidie. 2. }
Repetitio —— ſint incolumes, – ſint.
ſint florentes, —— ſint.
ſint beati, —— ſint.
Iteratio cum interuallo — Valeant, inquit, ualeant – bis iteratur, ualeant,

„ ſi mihi Republica bona, &c.
Fingit Milonem forti animo in exiliū profecturum; non tamen ſine querela.

„ O fruſtra, inquit, &c.
In hac exclamatione animaduertendum eſt, primùm labores poſuiſſe: ſpes deinde; tertio loco, cogitationes: nimirum ex laboribus ſpes maximæ enaſcuntur; ex illis uerò cogitationes uariæ, & penè infinitę.
Pręterea, licet hæc exclamatio oleat indignationem; non tamen Romanos tangit; ſed ſuos labores carpit, ſpes, cogitationes. Idq. maiorem, ut fortitudinē oſtenderet; utque ingratos ciues occulta uia flecteret, ac leniret,

Locus Topicus.
Idem — ideſt à pronuntiatis.

Figuræ ſententiarum.
Eadem — hoc eſt Proſopopeia: adde exclamationem —
„ ò fruſtra inquit, &c.

Figuræ ſtructuræ.
Contrariū — ſimili Republica bona frui nō licuerit, - bona }
at carebo mala —— —— mala } antitheton.

„ Ego cum Tribunus Plebis, &c.
Putaſſe, inquit, nunquam ſibi bonorom præſidium defuturum; & cauſſam affert; uidelicet beneficia, quibus Rempublicam affecit: eam quidem contra Clodium, Conſulesq. adiuuit.

Idem cum ſuperiore.

Figurę ſententiarum.

Sciſſitatio emphatica — quòd ſit ſciſſitatio, interrogatio in calce periodi iacens oſtendit: quòd autem emphatica ſit; illuceſcit in aduerbio; Ego: quod aduerbium in principio eiuſdem periodi extat. quaſi dicat, ego, qui Milo, qui fortis, qui liberaui, &c.

Figuræ uerborum.

Tranſlationes — Rep. oppreſſa, — — — oppreſſa.
quem extinctum acceperam — extinctum.

Figuræ ſtructuræ.

Annominatio ſyllabica — quorum uires erant debiles; — Vires.
bonis uiris. — Viris.

„ Ego cum te, &c.

Exprobratio beneficiorum obliquè facta.

Poſſumus exprobrare beneficia rectè, & obliquè: exprobramus rectè ſecun dum artem, quum agimus cum pari; ſed præſertim cum inferiore: obliquè uerò; quum uergit oratio ad ſuperiorem dignitate: ut offendendi ſuſpicio ſubterfugiatur. Hic Cicero Milonem effingit ad Senatum, adq. P. R. loquentem; iccirco obliquè exprobrat beneficia; ne in inuidiam, ſiue in odium ruat.

Quetela quoque appellari poteſt; qua ſe deſertum queritur.

„ Ego, cum te, &c.

Enthimema deprehenditur in principio huius lectionis:
Si reſtitutus habet locum in patria;
Quanto magis, qui reſtituit habere deberet?

Locus Topicus.

A pronuntiatis — Ego cum te, &c.

Figuræ ſententiarum.

Proſopopœia per ſciſſitationem — tota periodus.

Figurę ſtructuræ.

Traductio — patriæ reddidiſſem, — — patriæ.
in patria putarem — — patria.

Repetitio — Vbi nunc Senatus eſt, &c. — vbi.
vbi equites Romani, &c. — vbi.
vbi ſtudia municipiorum? — vbi.

vbi

vbi Italiæ uoces, &c. —— vbi.
vbi deniq; tua M. Tulli,&c. — vbi.

,, Nec uero hęc iudices, &c.

Commemoratio animi ſui, ſuorumq. in Remp. beneficiorum.
Flens, quæ ſupra, pronunciauit: ut ex audientiū oculis lachrimas educeret.
In hoc aduertēdum eſt, quòd; ut auditores moueat; mouetur prius ipſe Cic. quoniam proprium affectuum eſt, ut moueamur prius ipſi.

Locus Topicus.

A contingentibus — flere enim eſt contingens; hoc præcipue in loco.

Figuræ ſententiarum.

Declinatio ab inuidia.

Figuræ ſtructuræ.

Iteratio cum interuallo — negat enim ſe, negat &c. — negat, negat.
Contrarium —— negat ingratis ciuibus fecille, quę fecerit: — negat.
timidis & omnia circumſpicientibus pericula, non negat —— —— non negat.

,, Plebem, & infimam multitudinem, &c.
Remotio inuidiæ ob largitionem Plebi factam.

Rem, quę poſſit accuſari in laudem uertere, artis eſt: largitio Plebi facta accuſari poterat; ſed eam Cic. in laudem uertit: cum dicat id feciſſe, ut tutior eſſet Romanorum uita.

,, tribus ſuis patrimoniis, &c.
Tribus patrimoniis delinire conatus eſt Plebem Milo: paterno: materno: & auito: nam à C. Annio auo materno adoptatus; illud patrimonium ſic detriuit. Barptol. Latom. in ſcholiis.

Locus Topicus.

Ab effectis.

Figurę ſententiarum.

Obiectio — reſpondet tacitæ obiectioni, quòd eſſet tria patrimonia Plebi largitus, ut eam caperet: ait enim id ab ſe factum;

Figuræ verborum.

Metaphoræ — fortunis ueſtris imminebat: — — —— imminebat.
vt non modo uirtute flecteret, —— —— flecteret.
ſed etiam tribus ſuis patrimoniis deliniret — deliniret.
Gradus —— 1 plebem —— multitudinem. 2.
1 virtute —— patrimoniis. 2.
1 flecteret —— deliniret. 2.
1 placarit —— conciliarit. 2.

Similiter

Similiter deſinens — ut non modo uirtute — — — flecteret.
ſed etiam tribus patrimoniis deliniret — delinıret.

„ Senatus erga ſe beneuolentiam, &c.

Quæ Milonis alleuent dolores attingit, idest — { beneuolentiam Senatus; occurſationes, ſtudia, ſermones.

Locus Topicus.

A contingentibus — quòd fieri potuere hæc omnia proximè ſcripta; & tamen ceſſarunt: ergo contingentia.

Figurę ſententiarum.

Promiſſio — promittit enim omnia Senatus, P. Q. R. erga ſe ſtudia, ſecum ſe ablaturum.

Figuræ verborum.

Metaphora — ſecum ſe ablaturum eſſe dicit — Ablaturum metaphora eſt; nam ſermones, & huiuſmodi non poſſunt auferri, cum careant corporibus.

Figurę ſtructuræ.

Traductio — ueſtras uerò, & ueſtrorum ordinum occurſationes { ueſtras. ueſtrorum.

Gradus — 1. Senatus —— 2. ueſtras — ueſtrorum ordinum. 3. } 3.
1. Occurſationes. — 2. ſtudia — ſermones. —— 3. 3.

Diſſolutio — occurſationes, ſtudia, ſermones — abſunt coniunctiones.

„ Meminit etiam ſibi uocem, &c.

Recordari beneficiorum, animi grati eſt: ideò Cic. ait Milonem meminiſſe ſibi uocem præconis modò defuiſſe, quàm minime deſiderarit: populi uerò cunctis ſuffragijs, quod unum cupierit, ſe conſulem declaratum: ſic inquit ille.

„ uocem præconis — Comitijs Centuriatis Conſules, & Prætores fiebant; & ante Clodij cædem (ut Franciſcus Syluius in Commentario teſtatur) ſæpe Milo populi ſuffragijs Cōſul declaratus erat; Sed quia obnunciatum fuit; nihil perfici potuit.

Locus Topicus.

A contingentibus — ſuffragia populi ſunt contingentia; cum ſibi liberum ſit dare, & non dare ſuffragium.

Figuræ ſententiarum.

Dubitatio — nunc denique, ſi hæc arma contra ſe ſint futura, &c.

Figurę

Iteratio cum interuallo — meminit etiam ſibi, &c. — ſibi.
ſibi facinoris ſuſpitionē, &c. — ſibi.
Traductio — contra ſe ſint futura, &c. — ſe.
ſibi facinoris, &c. — ſibi.
Annominatio cum interuallo — ſi hæc arma contra ſe ſint fruſtra { ſi. ſe.
Alliteratio cum interuallo — ſibi facinoris ſuſpitionē — facinoris.
non facti crimen obſtare — facti.

„ Addit hæc, quæ certe uera ſunt.
Auget conſolationem à loco communi.
Locus communis eſt.
„ fortes & ſapientes uiros non tam præmia ſequi ſolere rectè factorum, quàm ipſa rectè facta.

Locus communis differt à ſententia: nam ſententia eſt eius naturę; ut illam contra dici non poſſit: ſic illud — Imprimis uenerare Deos: locus uerò communis, qui in utranque partem accipi poteſt; ut, Humanum eſt miſereri lugentium.

Locus Topicus.
A pronuntiatis — „ ſi quidem nihil ſit prǽſtabilius uiro, quàm periculis patriam liberare.

Figurę ſententiarum.
Diſſimulatio — „ beatos eſſe, quibus eà res honori fuerit à ſuis ciuibus: nec tamē eos miſeros, qui beneficio ciues ſuos uicerit, &c. id quidem ſignificat, ſuos ciues parum gratos habuiſſe. Verùm modeſtè, quod eſt artificium.

Figuræ ſtructurę.
Gradus — 1 fortes — ſapientes. 2.
1 præmia — rectè facta. 3.
Iteratio cum interuallo — „ præmia ſequi ſolere rectè factorum, — rectè.
quàm ipſa rectè facta — — — rectè.
Traductio — prēmia ſequi ſolere rectè factorum, — factorum.
quam ipſa rectè facta — — facta.
Traductio alia — honori fuerit a ſuis ciuibus, — — — ciuib⁹.
nec tñ eos miſeros, q̄ beneficio ciues ſuos uicerit — ciues.
„ Sed tamen ex omnibus prēmiis uirtutis,
Gloriæ amplificatio per locum communem.
Locus communis eſt — conſolari breuitatem uitæ poſteritatis memoria:
efficere, ut abſentes adſint:
efficere, ut mortui uiuant:
